
ΙΟΥΛΙΟΥ ΠΟΛΥΔΕΥΚΟΥΣ ΟΝΟΜΑΣΤΙΚΟΝ ΕΝ ΒΙΒΛΙΟΙΣ ΔΕΚΑ.

IVLII POLLVCIS ONOMASTICON, DECEM libris constans:

E Mss. codd. Bibliothecarum Palatinæ atque Augustanæ; variis item doctorum virorum lucubrationibus quanta fieri potuit diligentia emendatum; suppletum quoq; nonnullibi, & illustratum.

Adiecta interpretatio Latina RODOLPHI GVALTHERI, locis quamplurimis melior facta: indices item noui prioribus locupletiores; & Notæ,

Studio atque operâ WOLFGANGI SEBERI *Sulani.*







MDC VIII.

FRANCOFVRTI,
Apud Claudium Marnium, & heredes Iohan. Aubrii.
Cum Priuilegio Regis Galliæ ad sexennium.

VIRIS AMPLISS. AC PRVDENTISS.

DN. THOMÆ LEBZELTERO, & DN. CASPARO WERNERO,

INCLYTÆ REIPVBLICÆ LIPSENSIS Senatoribus, Dominis & fautoribus pl. honorandis

WOLFGANGVS SEBERVS S. P. D.



MPLISSIMI ac prudentissimi viri, Marcus Cato apud Plutarchum Romanos non purpuræ modò, sed etiam studiis autoritatem facere verè ac sapienter affirmat. ὥς γὰρ οἱ βαφεῖς, ἔφη, ταύτην μάλιστα βάπτουσιν, ἣ χαίροντας ὁρῶσιν· οὕτως οἱ νέοι ταῦτα μανθάνουσι καὶ ζηλοῦσιν οἷς ἂν παρ' ὑμῶν ἔπαινος ἕπηται· *Vt enim infectores, inquit, hanc maximè tingunt, quam vident esse gratam: ita iuuentus hæc præ ceteris discit & sectatur, quibus honor habetur à vobis.* Non autem Romæ tantum id olim accidit: sed etiamnum vbiq; locorum, quibus studiis maior defertur honos, iis plures quoque operam nauare: contra verò, quæ nullo in precio habentur, ea negligi contemniq; animaduertimus. Vnde non malè vel Iamblichus: πᾶν τὸ τιμώμενον, inquit, αὔξεται, ἐλαττοῦται δὲ τὸ ἀτιμαζόμενον, *Omne honoratum augetur: cõtemtum imminuitur*: vel Cicero: *Honos alit artes, omnesq; incenduntur ad studia gloriâ: iacentq; ea semper, quæ apud quosq; improbantur.* Quid igitur caussæ sit, quod tàm crebræ hoc tempore de bonarum artium lingua-

In Vit. fol. 247.

Stob. S. 44. N. 152.

Tusc. qu. 1. princ.

rumq́ue contemtu querelæ audiuntur, coniicere quàm facilimum eſt: explicare autem neſcio an vbique ſatis tutum. Verùm haudquaquam interim cõclamatum de illis omninò eſſe, iudicandum eſt. Etſi enim multi erga illas non eo ſunt affecti animo, quo eſſe debebant: tamen ſemper adhuc diuinæ prouidentiæ benignitate Mæcenates dantur, qui ſeriò & ament eas & ornare ac promouere geſtiant. Exempla non eſt quod è longinquo petam: quid vtriq; Veſtrûm magis curæ eſt, quàm efficere, vt ne ob quorundam forſan egeſtatem ſtudia litterarum minus honorentur, aut excolantur ſegnius? οὐ γὰρ ἂν γένοιτο φρόνημα εὐγενὲς ἐν ἀνδράσιν ἀπορουμένοις τῶν καθ' ἡμέραν ἀναγκαίων, *Nihil enim generoſum ſapere poteſt, qui quotidiani victus penuriâ premitur*, vt Seru. Tullius prudenter apud Dion. Halicarnaſſæum iudicat. Nec aliam ob cauſſam Ægyptii notaturi litteras pręter *atramentum* & *iuncum* pinxerunt *cribrum* quoque, primum ſcil. panis conficiendi inſtrumentum; quàm vt ſignificarent, teſte quidem Horapolline in Hieroglyphicis, ὅτι πᾶς ὁ ἔχων τροφὴν μαθήσεται τὰ γράμματα· ὁ δὲ μὴ ἔχων, ἑτέρᾳ τέχνῃ χρήσεται. ἀφ' οὗ καὶ ἡ παιδεία παρ' αὐτοῖς Σβῶ καλεῖται, ὅπερ ἐστὶν ἑρμηνευθὲν πλήρης τροφή, *Cuicunq; victus ſuppeteret, eum litterarum ſtudiis animum adiuncturum; cui verò non ſuppeteret, aliis vacaturum artibus. Vnde & apud eos eruditio* Sbo *vocatur, quod nomen ſi interpreteris, plenum alimentum ſonat.* Quemadmodum autem victus ſeu alimenti nomine quæuis externa pertexendorum ſtudiorum intelligo adminicula: ſic inter alia honeſtiſſimę illius erga litterarum cultores voluntatis veſtræ teſtimonia cumprimis memoriâ dignum exiſtimo, quod beneficentia veſtra quotannis haud exiguus vtilium librorum numerus inter ἀχρηματίστους pauperesq́; ſuperiorum Gymnaſii noſtri claſſium auditores diſtribuitur. Qua ratione haud eſt quod dubitetis, quin multis ad ſtudia maiore

Lib. 4. antiq. R. f. 215.

Lib. 1. cap. 38.

iore cum alacritate continuanda ſtimuli admoueantur; qui alias nihilo in litteris effecturi erant plus quàm in bello milites forte quantumuis alias ſtrenui, quibus arma nulla ſuppetunt. Quod ſi virtus ἀκήρατον τιμὴν, vt Dionyſius lo- *deſcr. orb. v. 548.* quitur, hoc eſt, *immortalem honorem* meretur; certè veſtra hęc vel maxime merebitur: modò rectè; nulla re alia homines ad DEVM immortalem propiùs accedere, aut magis eum imitari, quàm ſi beneficia in eos conferant; à veterib. dictum *Strab. lib. 10. fol. 322.* ſit: nec gratia omnino *conſenuerit*, vt Lyſander loquebatur: *Serm. 77. edit. N. Stob.* vel, vt Pindarus, *ſomno conſopita ſempiterno planè immemores ſui* *Iſthm. 7, 23.* *homines reddiderit*. Quam ſuſpicionem vt à nobis quàm longiſſimè cupimus ſegregatã: ſic vnicè faciendum iudicamus,

Vt benè apud memores veteris ſtet gratia facti. *Æn. 4, 539.*

Neq; alio nunc conſilio IVLII POLLVCIS Onomaſticon veſtris inſcriptum nominibus in lucem prodit, quàm vt & gratum vobis declaret animum noſtrum; & apud exteros æquè ac poſteros (ſi poſteri futuri ſunt) veſtrę erga litterarum ſtudia liberalitatis monumentum ſit. Quod conſilium vt æquo interpretemini ac beneuolo animo, nouamque hanc Onomaſtici POLLVCIS editionem veſtro aduerſus iniquos Momulorum morſus patrocinio amplectamini, maiorem in modum à vobis peto & contendo. Benè ac feliciter valete, viri ampliſſimi, clementiſſimæ Dei protectioni cum omni familia veſtra deuoto animo commendati. Schleuſingæ ex Ill. Gymnaſio Hennebergico, Idib. Febr. Ann. MDCVIII.

LECTORI S.

ONOMASTICON IVLII POLLVCIS *ter, quod sciam, hactenus excusum fuit: primò quidem anno* 1502. *mense Aprili apud Aldum Manutium: secundò Florentiæ anno* 1520. *mense Nouēbri: tertiò deniq́ Basileæ anno* 1536. *mense Martio. Quartam editionem meo adornandam studio non diu admodum est, cum ne per somnium quidem cogitabam. Et quî cogitarem Pollucis non tantùm à me nunquam vel pagellâ conspecta: sed videndi quoq́ in posterum nullâ propè spe affulgente? adeò Bibliopolia, quorumcunque fores eo nomine pulsabam, exemplaribus eius exhausta erant. Obtingentibus autem postea non modò diuersis exemplaribus & interpretatione, sed manu etiam exaratis codicibus, ad moliendam quidem nouam editionem animum adiungebam: sed ea moliendam ratione, quæ nec cum magna coniuncta difficultate, nec multum temporis requisitura vel iudicii videbatur. Satis enim fore putabam si primò interpretationem Gualtherianam cum textu Græco curarem coniungi: deinde in margine, vel certè ad finem singulorum capitum, quantum ab editis Mss. codd. discreparent, ascriberem: ac demum indices Basileensis editionis saltem mutatis numeris ad nouam editionem accommodarem: alliciente interim animumq́ mihi addente spe fructus, qui & ad me, si manu illum librum strenuiore versarem; & ad quosuis alios* φιλέλληνας, *si legendi eius copia ipsis fieret; redundaturus esset. Verùm vsuueniebat mihi, quod iis nonnunquam, qui noua sibi ædificia parant. Sicut enim hi temporis operisq́ progressu non raro sumtus longè maiores insumere coguntur, quam antea putarant: sic ipse mihi eò plus laboris deprehendebam suscipiendum, quò longiùs tàm textus Græci exemplaria, quàm versionem & indices inspicerem: modò qualemqualem à viris doctis gratiam*

Lib. 2. emend. c. 8. *inire vellem. Textus enim Græcus verè, quod Paulus Leopardus alicubi scribit,* indignis deformatus mendis *apparebat: tribus interea diuersarum editionum exemplaribus adeò sibi inuicem similibus, vt (si pauca quædam eaq́ leuia errata typographica excipiam) vno cognito, cetera quoq́ nosses. Interpretem nolim sugillare; iuuenis admodum fuit, cum huic labori operam dedit; nec potuit rectè interpretari, quod codex ipsi Græcus vitiose proponeret. Sed vtinam non interdum etiam quæ mendis carent, malè nihilominus reddidisset, vt cum* ὁ τρίτος κόκκυξ *exponit, tertius coccyx:* αἰγῶν χηλαὶ, *caprarum labia:* κορεῖν γυμνάσιον, *saturare gymnasium:* κατὰ τὸ λοκρόν, *secundum Locrum:* ἐπιβατεύων τοῦ Σμέρδιος ὀνόματος, *aggrediens nomine terribili &c. Pro indicibus denique meritò quidem autori habebam gratias: sed interea non ego tantùm*

multa

multa in iis desiderabam; verùm etiam ab aliis exoptari pleniores intelligebam. Hisce igitur incommodis tandem omninò remedium aliquod afferendum videbam: quam ego ad rem tantum studii operæque contuli, quantum per vires æque ac catenatos muneris labores licuit. Mendas namque Græci textus plurimas vel statim reposita vera lectione sustuli; vel certe in notis commonstraui: neque id temere aut fiducia mei iudicii; sed partim manuscriptorum codicum, partim virorum doctissimorum ductu & auspicio. Interpretationem etsi serio perlegere, aut cum Græco textu conferre inopia temporis hac vice non siuit me: tamen obiter & ipsam passim vel in textu vel in notis correxi; secutus hic quoque aliorum iudicia potius, quam meo fretus. Indices autem plane nouos, ac longe prioribus locupletiores factos cuiuis, qui conferre voluerit, ad oculum patebit. Quam meam operam optarim equidem expectationi bonorum virorum abunde satisfacere. Verùm optare vt liceat; sperare id an ausim? qui & meæ mihi tenuitatis optime sim conscius; & quàm multa deliberationi reseruarim ampliori meminerim: ne dicam, in procliui esse non rectissime omnia facere hominem quamuis probe alioquin exercitatum, qui ob alias occupationes nec vni cuidam rei continuo incumbere, nec eundem semper ardorem afferre ad illam potest. Constitui tamen versioni accuratius aliquando examinandæ peculiarem (σὺν θεῷ δ' εἰπεῖν) laborem addicere. Illo igitur aliquatenus spero compensari posse, quæ in præsentia desiderari videbuntur. Cumq; doctissimo GOTHOFREDO IVNGERMANO alius adhuc ab his, quibus ipse vsus fui, manuscr. codex obtigerit, haud dubie propediem & inde habebimus, de quo Polluci gratulemur: sicut alioquin hæc editio vigili & industrio illius in corrigendo studio multum debet. Oro autem & quoscunque alios doctos viros, vt symbolas ad iuuandum conatum istum meum coniicere haud grauentur: quibus vt rationes accepti atq; expensi suo tempore appareant, sedulo enitar. Nominatim vero ISAACO CASAVBONO summo illi optimoq; litterarum vindici tantum otii serio precor, quanto indiget ad conferendam symbolam, quam haud obscure mihi epistola mox subiecta, si otiosus magis sit, polliceri videtur. Sed ipso an plura & meliora ego? Caue putes, amice Lector, me non erubescere, quoties ad verba illa mihi oculus aberrat; etiam quoties ad sequentia carmina, quæ non tam seria de me iudicia, quam beneuoli erga me amoris testimonia censeri velim. Concludam, vbi saltem adiecero, quorum beneficio exemplaria tam edita, quam manu exarata nactus fuerim. Non enim, opinor, molestum tibi erit audire me dicentem, quod si tacerem, iniquum tu me atq; ingratum dicturus esses. E manuscriptis igitur duorum à Serenissimo ELECTORE Palatino per Virum Nobiliss. IANVM GRVTERVM mihi copia impetrata fuit: tertium vero è Bibliotheca Augustana vir Clariss.

DAVID HOESCHELIVS *ad me curauit, cui notarum quoque bonam partem acceptam refero. Inter edita Florentinum, & Basileense, in quo ad oram notæ à manu & ingenio* FR. SYLBVRGII, *εἰς χρῆσιν mihi dedit ampliss. ac nobilißimus* IACOBVS BONGARSIVS, *Christianißimi Galliarum* REGIS *Consiliarius &c. cuius mirum quantus bonas litteras iuuandi ornandique ardor! Aliud Basileense vir consultißimus* IOHANNES WILHELMVS *vltro dono mihi obtulit; quomodo Aldinum integerrimus quondam* PHILIPPVS SCHNETTERVS; *cum id omnium primò, quantum ex nomine inuolucro impresso videre est, studiis* IOH. LANGI *medici olim insignis inseruiisset. His iam, Lector candide, benè vale, inque meliorem interpretare partem hanc qualemqualem operam meam, quam immortalis* DEVS *sibi honorificam ac Reipubl. litterariæ salutarem esse clementer velit.*

DE IVLIO

DE IVLIO POLLVCE E SVIDA.

POllux Naucratita (quidam Arduennæ, quæ Phœniciæ vrbs est, natum, per iocum tradunt) docuit Athenis sub Commodo Cæsare, obiit anno ætatis 58. Scripsit libros hos: Onomasticon libris 10. Est autem collectio eorum quæ diuerse dicuntur de eodem. Disputationes siue Sermones, Declamationes, Epithalamium Commodi Cæsaris, Romanam orationem: Buccinatorem, siue certamen musicum: contra Socratem, contra Sinopenses: Panellenium, id est, orationem in totius Græciæ conuentu, Arcadicam, & alia.

Πολυδεύκης, Ναυκρατίτης. τινὲς δὲ Ἀρδεέννας σοφιστὴν γράφουσι παίζοντες. πόλις δὲ Φοινίκης ἡ Ἀρδεέννα. ἐπαίδευσε δὲ ἐν Ἀθήναις ἐπὶ Κομμόδου τοῦ βασιλέως. καὶ ἐτελεύτησε βιοὺς ἔτη νη. συντάξας βιβλία ταῦτα. Ὀνομαστικὸν, ἐν βιβλίοις δέκα. ἔστι δὲ συναγωγὴ τῶν διαφόρως κατὰ τοῦ αὐτοῦ λεγομένων. διαλέξεις ἤτοι λαλιάς. μελέτας. εἰς Κόμμοδον Καίσαρα ἐπιθαλάμιον. Ῥωμαϊκὸν λόγον. σαλπιγκτὴν ἢ ἀγῶνα μουσικόν. κατὰ Σωκράτους. κατὰ Σινωπέων. πανελλήνιον. Ἀρκαδικὸν, καὶ ἕτερα.

CARTEROMACHVS Philologis S. D.

ENtia per se quidem subsistunt in rebus, nobis vero per conceptus & verba in notitiam veniunt. Nam hisce homines aut cum aliis, quæ sciunt, communicant, aut discunt à seipsis & scientiam percipiunt. Plurima igitur qui scit, aut scire desiderat, eum plurimis tum conceptibus tum verbis abundare oportet. Ea verò quia constant nominibus & dictionibus, ideò cumprimis accuratam circa hæc diligentiam requirunt. Quamobrem maximè operæ precium fuerit Pollucis vocabularium assiduè in manibus habere. Ibi enim cuiuscunque rei nomen habetur, & vocabulum, neque simpliciter aut vnâ tantùm eademque formâ, sed variè ac omnimodè, prout quisque illorum, qui vsi sunt, cogitata exposuit. Nam quæ ab omnibus quoquo modó appellata sunt, ea ipse tum collegit, tum extructo veluti


ΚΑΡΤΕΡΟΜΑΧΟΣ ΤΟΙΣ φιλολόγοις εὐπράττειν.

ΤΑ᾽ ὄντα καθ᾽ ἑαυτὰ μὲν ὑφίσταται ἐν τοῖς πράγμασιν, εἰς δ᾽ ἡμετέραν ἀφικνεῖται γνῶσιν διὰ νοημάτων τε καὶ λόγων. τούτοις γὰρ ἢ διαδιδόασιν ἀλλήλοις οἱ ἄνθρωποι τὰ γινωσκόμενα, ἢ ἀφ᾽ ἑαυτῶν μανθάνουσί τε καὶ ἐκλαμβάνουσι τὰ τῆς ἐπιστήμης. ὥστε τὸν πλεῖστα εἰδότα, ἢ εἰδέναι γε προθυμούμενον, πλείστων δεῖ διανοημάτων τε καὶ λόγων εὐπορεῖν. ταῦτα δὲ ἐξ ὀνομάτων τε καὶ λέξεων συνιστάμενα, τὴν τούτων ἀκρίβειαν, πολὺ πρότερον ἐπιζητεῖ. οὐκοῦν προὔργου μάλιστα τὸ τοῦ Πολυδεύκους ὀνομαστικὸν διὰ χειρὸς ἔχειν ἀεί. παρὰ τούτῳ γὰρ παντὸς πράγματος ὀνομασία τε καὶ λέξις, οὐχ ἁπλῆ δὲ, οὐδ᾽ αὕτη, ἀλλὰ ποικίλη τε καὶ παντοδαπὴ, ὡς τῶν κεχρημένων ἕκαστος ἔφρασε τὸ διανοηθέν. καὶ γὰρ τὰ ὑφ᾽ ἁπάντων ὁπωσοῦν ὀνομασθέντα, οὗτος συνελέξατό τε, καὶ οἱονεὶ θησαυ-

ρίσας ἀπέθηκε τὸ ἐν ἑνὶ, εἰς τὴν τῶν φιλομαθῶν χρείαν, ὡς ἂν εὐνοητά τε εἴη καὶ εὐαπόλεκτα, λόγῳ μὲν τὸν αὐτοκράτορα ἐκπαιδεύσας, ἔργῳ δὲ τῶν ἐπιγινομένων ἁπάντων προνοήσας. προθεὶς γὰρ πάντων ὀνόματα εἰς τὸ μέσον ἡμῖν, τί ἄλλο ἢ πρὸς τὴν τῶν πάντων ὁμοῦ γνῶσιν προσάγει ἡμᾶς, ὥσπερ χειραγωγῶν ἀπὸ λόγων εἰς τὰ πράγματα. οὐδὲν γὰρ ὄφελος τῶν ὀνομάτων, εἰ μὴ καὶ τοῖς πράγμασιν ἐγχειροίη τις, τούτοις προσάπτων αὐτά. τὰ γὰρ ὄντα τῶν λεγομένων ὥσπερ ἀρχή ἐστι, καὶ τέλος. ἐκ τούτων γὰρ, καὶ διὰ ταῦτα λαβόντα τὴν φύσιν, καὶ εἰς αὐτὰ φιλεῖ ἀποτελευτᾶν. ὡς εἴ τις τοῖς ῥήμασι χαίρει μόνον, ὧν ῥήματά εἰσι φροντίζει οὐδὲν, οὗτος καὶ τὰς σκιὰς διώκων ἥδοιτ' ἂν τῶν σωμάτων, αὐτὰ ταῦτα ἀφεὶς, ὧν εἰσι σκιαί. ἔρρωσθε.

thesauro in vno deposita vsui reliquit eorum, qui discendi cupidi sunt, vt & intellectu & selectu facilia sint: verbo quidem Imperatorem erudiens, sed facto ipso commodis vniuersæ posteritati consulens. Quando enim in medium nobis quarumuis rerum nomina proponit, quid facit aliud, nisi nos simul ad omnium cognitionem tanquam manu à verbis ad res deducit. Nulla enim nominum est vtilitas, nisi quis etiam res aggressus illa hisce applicet. Nam ea, quæ sunt, eorum, quæ dicuntur principium quasi sunt & finis. Ex iis enim, & per hæc primordia capiunt, inque eadem terminare solent. Quare si quis solis gaudens nominibus, ea, quorum sunt nomina, nihil curet: idem vmbras etiam corporum, relictis quorum sunt vmbræ, persequi gaudeat. Valete.

ISAACVS



ISAACVS CASAVBONVS WOLFGANGO SEBERO S. D.

GAVDEO susceptam à te Pollucis editionem, vir doctißime. Neque enim dubito fore vtilem Reip. litterariæ, quam in eo posuisti, operam. Est sanè Pollux, si quid iudico, scriptor optimus, eruditißimus, vtilißimus: & eo sæculo, quod tot claros in litteris viros tulit, dignißimus. Olim cum in Athenæo essemus, multa obseruaueramus, quæ si tùm edidissemus, aliquam fortasse gratiam ab eruditis hominibus iniissemus. Sed ab illo tempore ita diuersa nos habuerunt studia, vt de eo cogitandi vix ocium aliquando fuerit. Verùm non dubito & plura, & meliora esse, quæ obseruasti, qui ex professo eam prouinciam suscepisti curandam. Itaq; crucior expectatione editionis tuæ: cum præsertim adsit tibi DAVID HOESCHELIVS, vir Græcarum litterarum peritißimus, & iudicii recti. Symbolæ meæ, si quam fortè nactus ocium, quo nunc careo, poßim conferre, non debes ita rationem habere, vt propterea studiosorum vota putes tardanda, aut differenda. Vale. Lutetiæ Parisiorum XV. Kalend. April. CIↃ.IↃ.CVII.



IN IVL. POLLVCIS ONOMASTICON


à C. V. Wolfgango Sebero renouatum.

Ὥς ποτ' ἀμοιβαίᾳ Κάστωρ Πολυδεύκεα μοίρᾳ
σῶσε, κασιγνήτῳ δοὺς βιοτὴν ἰδίῳ·
πῶς καὶ νῦν σύ, Σεβῆρε, ποιῶν Πολυδεύκε' ἀναζῆν,
σοὶ ἀναδιπλώσας τέρματ' ἔχεις βιοτῆς.
ἤδη ἀναγιγνώσκων ὀνομαστικὰ ταῦτ' ὀνομαστά,
πᾶσαν ἐπ' αἶαν ἀνὴρ δὴν ὀνομαστὸς ἔσῃ.

H. E.

CAstor vt alterna Pollucem morte redemit,
Atque vicem fratris viuit vterque ſui:
Sic quoque Polluci dum vitæ munera reddis,
Conduplicas vitam, culte Sebere, tibi.
Dumq; tot adnumeras emendans nomina rerum, hinc
Clareſcet toto nomen in orbe tuum.

C. RITTERSHVSIVS. D.



AD LECTOREM.

POLLVCIS *codex Onomasticus, optime Lector,*
Quem postliminii iam quasi iure vides,
Antè, lacunarum tot hiatibus inter-ruptus,
Tantaq; errorum mole refertus erat,
Vt, præter titulum, vix quicquam agnoscere posses,
Archetypi referens semina prima sui.
Non tulit hoc solers animo patiente SEBERVS,
HENNENBERGIACI *Gymnasiarcha soli,*
Quin, prius expletis omni de parte lacunis,
Mendarum cumulos tolleret, artis ope.
Hanc feruente iuuant excusa volumina prelo,
Totq; retrò sæclis præpete SCRIPTA MANV:
SCRIPTA MANV, *quæ Vindelicis Augusta sub oris,*
Atq; Palatini Principis aula dedit.
Hinc POLLVCibili POLLVX *indutus amictu,*
Ad vada Francorum, conspiciendus adest,
Lectorisq; noui præstringit lumina, quantùm
Aurea POLLVCIS *sidera, fixa polo.*

Non desunt forsan, quibus hæc ceu tenuia sordent,
Quod, sine re, tantùm nomina nuda vehant.
Verùm aliter censent, quorum præcordia primùm
De meliore luto finxit IOVA *Pater.*
ÆdePOL *è fumo* LVCEM *exufflare serenam,*
Vt radios toto spargat in orbe suos:
Hic labor est, cui vix è millibus vnus & alter
Extremam poterant imposuisse manum.

Hoc stabulum Augiæ est, vbi non nisi robore plusquam
Præditus HERCVLEO *sorde repurget humum.*
Si quis adhuc superest, postremo in limine mundi,
Musarum studiis iustitiæq; locus:
Autori Lector grato POLLVCEat *ore,*
Et iungat votis talia vota meis:
Macte vir ingenio, SATOR *indefesse librorum,*
Quem rapido celebris flumine SCHLEVSA *colit,*
Viue valeq; diu, quo docti sospite ductu
POLlicis *in* LVCEM *mittere plura queas.*
Sic tibi, quam dudum iam surrexisse videmus,
Æterni vigeat nominis ampla SEGES.

IOACHIMVS ZEHNERVS.

AD WOLFG. SEBERVM.

POllucem luci tradis, sed qualiter ante
Pollucem luci nemo dare ausus erat.
Pol per Pollucem lucem, SEBERE, serenam;
Sic sic immoreris ne moriare libris.
Pol per Pollucem laudem, SEBERE, perennem
Consequeris: lux & laus ea tota tua est.
Lucida per libros tua lux, tua lautaq; laus est:
Te quid lucidius, lautius ecquid ouet?

M. IACOBVS ROSEFELDVS.
P. L.

AD EVN-

AD EVNDEM.

POLLVCI lucem & radiatum insigne diei
Reddis vt, ô Clarii gemma SEBERE Dei;
Excutis & sordes, quas longa inscitia sæcli
Adfricuit, vitii dasq; perire situm:
Ecquis non manibus plausus det, pectore vota
Concipiat, certas fundat & ore preces?
Certè ego. Sed quid ego? Te ipsissima GLORIA honore
Mactat ab Hesperiis Indica ad vsque vada:
Vt dubiæ nunquam Lethes aspergine tangi
Sis potis, aut Æui dentibus obiaceas;
Vsque sed exurges, myrtus velut adsita ripæ,
Lympha nitens gracili qua pede radit humum:
Temperies hilari quam viuida Solis amœnat,
Vitulat vt Veris fetus in orbe tepor.
Castori & vt, quum iam languerent lumina morte,
Reddita POLLVCIS vita magisterio est:
Frigida vitæ vbi te semel est sic pausa secuta,
Vita tibi surget vsque noua atque noua.
Sic tuus atque labor mulcebit sæcla virorum,
Vt trepidas POLLVX, Fratris & astra, rates.

M. JOHANNES WEITZIVS,
P. L.

IVLII POLLVCIS DICTIONARII

LIBER PRIMVS.

IVLIVS POLLVX Commodo Cæsari S.



O Boni Patris Fili, paterno ceu hæreditario iure & regnũ & ſapiẽtiã poſſides. hęc autem cũ partim in animi virtute, partim in linguæ & eloquentiæ vſu conſiſtat, virtutis quidem diſciplinã à Patre habes, qui idem & eloquentiæ (ſi vacaret) exemplar eſſet, ne noſtra hic opera indigeres. Cum vero hunc orbis terrarum incolumitas ſaluſq; occupatum detineat, ego ad eloquentiæ tibi cognitionem adero. Dictionarii itaque titulus libro inſcriptus eſt. pleraque vero oſtendit ſynonyma, quaque ratione commutari poſſint, & quibus ſingula efferri ſoleant. Nec tantum in verborũ copia congerenda, quantum in diſpoſitionis & delectus venuſtate laboris inſumptũ eſt. non tamen omnes hic dictiones continentur. cũcta etenim vno libro cõprehẽdere difficile erat. A Diis vero (ꝙ pios maxime decet) exordiemur. reliqua eo, quo ſingula occurrerint, ordine collocabimus. Vale.

ΙΟΥΛΙΟΥ ΠΟΛΙΔΕΥΚΟΥΣ ὈΝΟΜΑΣΤΙΚΌΝ

ΒΙΒΛΊΟΝ ΠΡΩ͂ΤΟΝ.

Ἰούλιος Πολιδεύκης Κομμόδῳ Καίσαρι χαίρειν.



Ὦ ΠΑΙ͂ πατρὸς ἀγαθοῦ, πατρῷόν ἐστί σοι κτῆμα κατ' ἴσον, βασιλεία τε καὶ σοφία. τῆς δὲ σοφίας τὸ μέντοι ἐν τῇ τῆς ψυχῆς ἀρετῇ, τὸ δὲ ἐν τῇ χρείᾳ τῆς φωνῆς. τὸ μὲν οὖν ἀρετῆς ἔχεις τὸ μάθημα ἐν τῷ πατρί. τῆς δὲ φωνῆς, εἰ μὲν ἦγεν αὐτὸς σχολήν, παρεῖχεν ἄν σοι τὸ ἡμῶν ἐλάχιστα δεῖσθαι. ἐπειδὴ δὲ ἐκεῖνον ἡ σωτηρία τῆς οἰκουμένης ἀσχολεῖ, ἔγωγ' οὖν ἔν γέ τι σοι πρὸς εὐγλωττίαν συμβαλοῦμαι. ὀνομαστικὸν μὲν οὖν ἐστι τῷ βιβλίῳ τὸ ἐπίγραμμα. μηνύει δὲ ὅσα τε συνώνυμα ὡς ὑπαλλάττειν δύνασθαι, καὶ οἷς ἕκαστα ἂν δηλωθείη. πεφιλοτίμηται γὰρ οὐ τοσοῦτον εἰς πλῆθος, ὁπόσον εἰς κάλλους ἐκλογήν. οὐ μέντοι πάντα τὰ ὀνόματα περιείληφε τουτὶ τὸ βιβλίον. οὐδὲ γὰρ ἦν πάντα ῥᾴδιον ἑνὶ βιβλίῳ συλλαβεῖν. ποιήσομαι δὲ τὴν ἀρχήν, ἀφ' ὧν μάλιστα προσήκει τοὺς εὐσεβεῖς, ἀπὸ τῶν θεῶν. τὰ δὲ ἄλλα, ὡς ἂν ἕκαστον ἐπέλθοι, τάξομεν. ἔρρωσο.

ΚΕΦΑ'ΛΑΙΑ ΤΟΥ' ΠΡΩ'ΤΟΥ ΒΙΒΛΙ'ΟΥ.

CAPITA LIBRI PRIMI.

CAPVT



CAPVT PRIMVM.

Deorum appellationes, cum his quæ ad eos pertinent.

SECT. 1.



Evs, Dii, & Dæmones. sic enim Deos appellare Homero placuit. & Plato omniū gubernatorē, maximū Dæmonem nominauit. In eadē autē significatione sumitur, Numen, & Dæmonium.

Locus in quo coluntur. 2.

Porro locus in quo Deos colimus, templum, & fanum vocatur. quo vero Deus collocatur, sacellum, & delubrum dicitur. Diligentissimi siquidem probatissimique Authorum σηκὸν proprie Heroibus, Poetæ vero etiam Diis tribuunt, vt Tragici, ἁγνὸν εἰς σηκὸν θεοῦ. Sed quod ante sacellum est, vestibulum: posterior pars, postica: per quam ingredimur, porticus nominatur.

Eorum quæ coluntur nomina. 3.

Quę vero colimus, simulacra, statuas, sedes Deorū, monumenta Deorū, imagines, & imitatrices figuras, species, seu formas vocamus. βρέτας autem, & δείκηλον pro receptis & vsitatis non approbo.

De Ara. 4.

Supra quę sacrificamus, aut ignem incēdimus, ara, acerra, focus, vel Vesta, sic enim a nonnullis nominatur. proprie tamen prytanei locum, vbi æternus ignis incenditur, sic appellaueris.

Locus sacrificiorum susceptor. 5.

Ἐσχάρα quidem proprie craticula dici

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΠΡΩΤΟΝ.

Θεῶν, καὶ τῶν περὶ αὐτοὺς ὀνομασίαι.

ΤΜΗΜΑ α'.



ΕΟΣ, καὶ θεοί, καὶ δαίμονες. οὕτω γὰρ Ὁμήρῳ δοκεῖ, δαίμονας καλεῖν τοὺς θεούς. καὶ Πλάτων δὲ, τὸν τοῦ παντὸς κυβερνήτην, μέγιστον δαίμονα ὠνόμασεν. ἐπὶ δὴ τῆς αὐτῆς χρείας τὸ θεῖον, καὶ τὸ δαιμόνιον.

Ὁ τόπος, ἐν ᾧ θεραπεύονται. β'.

Καὶ τὸ μὲν χωρίον, ἐν ᾧ θεραπεύομεν τοὺς θεοὺς, ἱερὸν, καὶ νεώς. ἔνθα δὲ καθιδρύομεν, σηκός, τέμενος. οἱ μὲν γὰρ ἀκριβέστεροι, σηκὸν τὸν τῶν ἡρώων λέγουσιν. οἱ δὲ ποιηταὶ, καὶ τὸν τῶν θεῶν, ὡς οἱ τραγῳδοὶ, — ἁγνὸν εἰς σηκὸν θεοῦ. τὸ δὲ πρὸ αὐτοῦ, πρόδομος. καὶ τὸ κατόπιν, ὀπισθόδομος. καὶ ἡ εἴσοδος, προπύλαια.

Τὰ θεραπευόμενα. γ'.

Αὐτὰ δὲ, ἃ θεραπεύομεν, ἀγάλματα, ξόανα, ἕδη θεῶν, εἰκάσματα θεῶν, εἰκόνες, μιμητὰ τυπώματα, εἴδη, ἰδέαι. βρέτας δὲ, ἢ δείκηλον, οὐκ ἔγωγε προσίεμαι.

Περὶ θυσιαστηρίου. δ'.

Ἐφ' ὧν δὲ θύομεν, ἢ πῦρ ἀνακαίομεν, βωμὸς, θυμιατήριον, ἑστία. ἔνιοι γὰρ οὕτως ὠνομάκασιν. οὕτω δ' ἂν κυριώτατα καλοίης τὴν ἐν πρυτανείῳ, ἐφ' ἧς τὸ πῦρ τὸ ἄσβεστον ἀνάπτεται.

Ὁ δεκτὸς τόπος τῶν θυσιῶν. ε'.

Ἐσχάρα δ' ἰδικῶς δοκεῖ μὲν ὧδε ὀνο-

μάσθαι, ἐφ' ἧς τοῖς Ἥρωσιν ἀποθύομεν. ἔνιοι δὲ τῶν ποιητῶν, καὶ τὸν τῶν θεῶν βωμὸν οὕτω κεκλήκασιν.

videtur, in qua sacrificamus Heroibus. sed Poetarum nonnulli etiam Deorum aram hoc nomine nominauerunt.

Ὁ ἔσω τόπος τῶν θυσιῶν. ϛʹ.

Εἴη δ' ἂν ὁ μὲν εἴσω τῶν περιῤῥαντηρίων τόπος, ἔνθεος, ἱερός, καθιερωμένος, καθωσιωμένος, ἀβέβηλος. καίτοι οὐδέπω ἐντετύχηκα τῷ ὀνόματι.

Locus sacrorum interior. 6.

Porro locus, qui intra sacra vasa vel aquiminaria est, diuinus, sacer, consecratus, deuotus, sacrosanctus, & intactus dicitur. proprium autem huic vocabulum nunquam repperi.

Ὁ ἔξω τῶν θυσιῶν. ζʹ.

Ὁ δὲ ἔξω, βέβηλος. τὸ γὰρ ἀνίερος ἁρμόττοι ἂν μᾶλλον ἐπὶ τῶν οὐ καθαρῶν τόπων.

Locus sacrorum exterior. 7.

Locus autem exterior, communis, id est, quem omnibus adire licet, vocatur. prophanus enim potius de locis impuris, nullisque sanctis vsibus deputatis dicitur.

Περὶ ἀδύτου θείου τόπου. ηʹ.

Εἰ μέντοι καί τι χωρίον ἄβατον εἴη τοῦ ἱεροῦ, τοῦτο καὶ ἄδυτον εἴποις ἄν, καὶ ἄψαυστον, καὶ ἀψαυστούμενον, καὶ ἀθέατον, καὶ ἀνάκτορον.

De adyto diuini loci. 8.

Templi porro locum quem adire non licet, adytum nominaueris, intactum, sacrosanctum, tectum, vel obscurum, & oracularem.

Περὶ ἀνειμένων θεοῖς τόπων. θʹ.

Οἱ δ' ἀνειμένοι θεοῖς τόποι, ἄλση τε, καὶ τεμένη, καὶ ἕρκη. καὶ ὁ περὶ αὐτὰ κύκλος, περίβολος.

De locis Diis consecratis. 9.

Diis vero consecrati loci sunt, nemora, luci, & sacra septa. hæc vero ambiens circulus, ambitus appellatur.

Περὶ ἀσύλου τόπου. ιʹ.

Εἰ δὲ καὶ ἄσυλόν τι εἴη, τοῦτο καὶ κρησφύγετον λέγε, καὶ φύξιμον. καὶ ἱεροὺς ὅρους, ἐφ' ὅσον τοῖς οἰκέταις ἀσφάλεια. ἡ δὲ ἀνετὸς θεοῖς γῆ, γῆ ἱερὰ, καὶ ὀργάς.

De Asylo. 10.

Sed si aliquod asylum fuerit, latebram vocabis, & refugium. sacros terminos, in quibus seruis securitas præbetur. Terra autem Diis dedicata, sacra tellus dicitur, & ὀργὰς, quam terram incultam, Deoque sacram interpretantur.

Περὶ οἰκοδομῆς ναῶν. ιαʹ.

Τὸ δὲ οἰκοδομῆσαι νεὼν, λέγοις ἂν καὶ περιβαλέσθαι νεὼν, ἐγεῖραι νεὼν, καὶ ἀναστῆσαι νεὼν, ποιήσασθαι νεὼν, καὶ νεὼν ἐργάσασθαι. καὶ συνθετῶς, νεωποιῆσαι. φιλοτιμότερον δὲ, καὶ τὸν νεὼν περιεργάσασθαι τῷ ἀγάλματι.

De ædificatione templorum. 11.

Templum autem ædificare dices, templo circumdare, templum erigere, constituere, facere, fanum extruere, & composita voce νεωποιῆσαι. vsitatius autem dicitur, templum in imaginis honorem condere.

Περὶ ἱδρύσεως ἀγαλμάτων. ιβʹ.

Τὸ δὲ ἄγαλμα ἱδρύσασθαι, στήσασθαι, ἐγκαθιδρύσασθαι, ἐνστήσασθαι, ἀναστῆσαι, καθιδρῦσαι, καθιδρύσασθαι, ἐγκαθίσαι τῷ νεῷ, ἐγκαινίσαι τῷ θεῷ, καθοσιῶσαι, καθιερῶσαι, ἐντεμενίσαι.

De locatione statuarum. 12.

Statuam præterea locare, constituere, collocare, instituere, erigere, deponere, templo imponere, Deo initiari, consecrare, sanctis vsibus dedicare, & commendare.

Τὸ δὲ

Opus

Opus vero ipsum, locatio, dedicatio, constitutio, erectio, collocatio, institutio, consecratio, initiatioque dicitur.

De contrariis. 13.

Contraria autem sunt, euertere, destruere, prosternere, demoliri, spoliare, templi ornatum confundere, incendere, comburere, flammis vastare, igni tradere, extirpare, præcipitare. Ipsum vero opus, euersio, demolitio, præcipitatio.

De templorum ædificatoribus. 14.

Sed Artifices, qui templa & imagines parant, eos quidem qui templa extruunt, Lapicidas, Aedificatores, & Fabros nominabis. vsitatius tamen templorũ sacrorumque Operarii dicuntur, imaginum vero Fictores, nõ Sculptores modo, & Statuarios, sed Deorum Fabros, & Dei Fictores iuxta Aristophanem. eademque ratione artem ipsam sculptoriam, statuariam, Deorũ fictricem, non tamen Deificam vocato, quoniam hoc auditu durius est.

De ipso opificio. 15.

Præterea Dei imaginem exprimere etiam vocabis, operari, imitari, repræsentare, formare. figurare vero durum est. insuper, lapidem ad Dei imaginem excauare, exsculpere, membratim exprimere, effingere, & expolire.

Diuinorum ministrorum nomina. 16.

Deorũ porro ministri, Sacerdotes, Aeditui, Diuinarũ rerũ pcuratores, Prophetę, Subuates: sunt autẽ ii qui ab alio oraculum acceptum promunt. Sacrifici, Initiatores, sacrorum Administratores, Purgatores, Vates, Diuini vates, Sortilegi, Fatidici, Arioli, Sancti, Igniferi, Ministri, & Diuina operantes. sed θυηπόλος Poeticum est.

De Fœminis. 17.

Fœminę vero Prophetissæ, Sacerdotes, mysteriorum Interpretes. tum etiam alia, quæ cum Viris communia sunt, nomina sortiuntur. Proprie autem Delphica Vates, Pythia nominatur.

Τὸ δ' ἔργον, ἵδρυσις, καθιέρωσις, στάσις, ἀνάστασις, καθίδρυσις, κατάστασις, καθοσίωσις, ἐργασία, ποίησις.

Περὶ τῶν ἐναντίων. ιγ'.

Τὰ δ' ἐναντία, ἀνατρέψαι, καθελεῖν, καταβαλεῖν, κατενεγκεῖν, καθελκύσαι, συγχέαι τὸν κόσμον τοῦ νεώ, καταπρῆσαι, ἐμπρῆσαι, καταφλέξαι, πυρὶ νεῖμαι, ἐκ βάθρων ἀνασπάσαι, ἀκρωτηριάσαι. Τὸ δ' ἔργον, ἀνατροπή, καθαίρεσις, ἀκρωτηριασμός.

Περὶ τῶν νεὼς οἰκοδομούντων. ιδ'.

Οἱ δὲ κατασκευάζοντες τοὺς νεὼς καὶ τὰ ἀγάλματα, τεχνῖται, τοὺς μὲν περὶ τὸν νεὼν, λιθοξόους τε καὶ οἰκοδόμους, καὶ τέκτονας εἴποις ἄν. φιλοτιμούμενος δὲ, καὶ νεωποιούς, καὶ ἱεροποιούς. τοὺς δ' ἐπὶ τοῖς ἀγάλμασι χειροτέχνας, οὐκ ἀγαλματοποιοὺς μόνον, οὐδ' ἀγαλματουργοὺς, ἀλλὰ καὶ θεοποιοὺς, καὶ θεοπλάστας, ὡς Ἀριστοφάνης. ὥσπερ τὴν τέχνην, ἀγαλματοποιΐαν, καὶ ἀγαλματουργίαν, καὶ ἀγαλματοποιητικὴν, καὶ θεοποιητικὴν, καὶ ἀγαλματουργικήν. οὐ μὴν καὶ θεοποιΐαν. δυσχερὲς γὰρ πρὸς τὴν ἀκοὴν τοὔνομα.

Περὶ ἐργασίας. ιε'.

Τὸ δ' ἐργάσασθαι θεὸν, ἔστιν εἰπεῖν, καὶ ποιῆσαι, μιμήσασθαι, δεῖξαι, τυπῶσαι. σκληρὸν γὰρ τὸ μορφῶσαι. ἀλλὰ καὶ κοιλᾶναι λίθον εἰς θεοῦ μορφὴν, καὶ διαγλύψαι, καὶ διαρθρῶσαι, καὶ διατυπῶσαι, καὶ διαξέσαι.

Ὀνόματα τῶν θεοὺς θεραπευόντων. ιϛ'.

Οἱ δὲ τῶν θεῶν θεραπευταὶ, ἱερεῖς, νεωκόροι, ζάκοροι, προφῆται, ὑποφῆται, θύται, τελεσταὶ, ἱερουργοὶ, καθάρται, μάντεις, θεομάντεις, χρησμῳδοὶ, χρησμολόγοι, χρησμοδόται, παναγεῖς, πυρφόροι, ὑπηρέται, θεουργοί. ποιητικώτερον γὰρ τὸ θυηπόλος.

Περὶ θηλειῶν. ιζ'.

Αἱ δὲ θήλειαι, προφήτιδες, ἱέρειαι, καὶ ἔργων μυστικῶν προφάντιδες, καὶ τὰ λοιπὰ πρὸς τοὺς ἄρρενας κοινά. ἰδίως δ' ἡ ἐν Δελφοῖς προφῆτις, πυθία.

Περὶ μαντείων, καὶ μαντικῶν τόπων, καὶ ἀνδρῶν. ιη'.

Εἰ δέ που ἢ πνεῦμα εἴη μαντικὸν, ὁ μὲν τόπος ἔνθεος, καὶ ἐπίπνους, ἢ κάτοχος, ἢ ἐπιτεθειασμένος, ἢ κατειλημμένος ἐκ θεοῦ. ὥσπερ ἢ ὁ χρῶν ἀνήρ. οὗτος δὲ καὶ ἐνθουσιῶν, ἢ κεκινημένος ἐκ θεοῦ, ἢ ἀναβεβακχευμένος, καὶ πλήρης θεοῦ, ἢ παραλλάττων ἐκ θεοῦ. τὸ πνεῦμα δὲ εἴποις ἂν, ἢ ἀτμὸν μαντικόν, ἢ ἆσθμα δαιμόνιον, καὶ θείαν αὔραν, ἢ ἄνεμον μαντικὸν, ἢ φωνὴν προαγορευτικήν. Τὰ δὲ ῥήματα τῶν περὶ ἄνδρα συμβαινόντων, κατασχεθῆναι, καταληφθῆναι, ἐνθουσιάσαι, ἐπιθειάσαι, ἀναβακχεῦσαι, πληρωθῆναι θεοῦ. τὸ δὲ ἐπιπνευσθῆναι, κακόφωνον. Τὰ δὲ ὀνόματα τοῦ πράγματος, κατακωχή, κάθοδος θεοῦ, καταβολή, κατοχή, ἐπιθειασμός, ἐπίπνοια, βακχεία, κίνησις ἐκ θεοῦ, κατάληψις, ἐνθουσιασμός. ὥσπερ ἢ τὰ ἐπιρρήματα, ἐνθέως, ἐπίπνως, κατόχως, ἐνθουσιαστικῶς, θειαστικῶς, ἐπιτεθειασμένως. Τὸ δὲ πᾶν χωρίον, μαντεῖον, ἢ χρηστήριον, ἢ ἀνάκτορον. Τὸ δὲ πρᾶγμα, χρησμῳδῆσαι, ἢ μαντεύσασθαι. ἔνιοι δὲ τῶν ἀττικῶν, ἢ μαντεῦσαι λέγουσι. προειπεῖν, ἀνειπεῖν, ἀναφθέγξασθαι, προθεσπίσαι. τὸ δὲ θεσπιῳδῆσαι, διθυραμβῶδες. προαγορεῦσαι, προμηνῦσαι, προδηλῶσαι, προδιδάξαι, χρησμοδοτῆσαι, χρησμολογῆσαι, ἀνελεῖν, προφητεῦσαι, χρῆσαι. Καὶ τὸ μὲν ἔργον, μαντεία, χρησμολόγιον, λόγιον, φήμη ἐκ θεοῦ, πρόρρησις, προαγόρευσις, χρησμῳδία, χρησμολογία, ἀνάρρησις, μάντευμα. ἢ διαλῦσαι τὰ μεμαντευμένα, τὰ ἀνῃρημένα, τὰ κεχρησμένα, τὰ κεχρησμῳδημένα, τὰ προηγορευμένα, τὰ προτεθεσπισμένα. ἰδίως δὲ τὸ ἐκ δελφῶν, καλεῖται πυθόχρηστον. ἢ οἱ χρώμενοι, θεωροί.

De oraculis, eorum locis, & viris. 18.

Sed si Spiritus aliquis fuerit Vaticinans, locus quidem, Diuinus, afflatus, deuotus, consecratus, à Deo occupatus, quo nomine & ipsum Vatem significamus, qui præterea quoque dicitur Numine afflatus, à Deo exagitatus, Bacchans, plenus Numinis, à Deo mutatus. Spiritum porro nominabis, flatum Fatidicum, spiritum Diuinū, Diuam aurã, ventū veridicum, vocẽque Propheticam. Cęterum verba Vati cõtingentia hæc sunt, detineri, abripi, afflari, rebus Diuinis addici, debacchari, repleri Numine. sed inflari durius est. Ipsius vero rei appellationes sunt, detentio, Dei afflatus, commotio, animi deliquiū, inspiratio, furor, motus Diuinus, raptus, afflatio. à quibus & aduerbia deriuantur, vt Diuine, & cętera. Locus autẽ totus, Vaticinatorius, Fatidic⁹, & oracularis dicitur. Opus porro ipsum appellamus, oraculum dare, Vaticinari, quod Atticorū nõnulli μαντεῦσαι vocant, prædicere, eloqui, effari, denuntiare. θεσπιῳδῆσαι vero Dithyrambicis magis vsitatum est. prędicare, pręnunciare, manifestare, futura docere, oraculum promere, Vaticinium dicere. ἀνελεῖν autem pro Vaticinari dicũt Iones, Prophetare, oraculi responsum reddere. Res autẽ ipsa, Vaticinium, sortilegium, dictum, vox Diuina, prædictio, oraculi redditio, oraculū, denũtiatio, Diuinatio. Et interpretari ea quæ oraculis prędicta sunt, vel oraculis denunciata, oraculis prædicata, prænunciata, & Diuinitus manifestata. Proprie autẽ Delphicum oraculum, Pythium. & hoc consulentes, θεωροὶ nominantur.

Περὶ μαντικῆς τέχνης. ιθ'.

Ὀνομάζοιτο δ' ἂν ἢ ἡ τέχνη, μαντική, προαγορευτική, χρησμολογική. Τὸν δὲ χρῶντα, καλέσοις ἂν προφήτην, μάντιν, χρησμῳδὸν, χρησμολόγον, ποιητῶν τὸν θεσπιῳδόν. Ἔχοις δ' ἂν εἰπεῖν καθ' ἕτερον εἶδος χρείας, ἧκεν ἐκ θεοῦ φήμη, ἧκε μάντευμα ἐκ θεοῦ, ἧκε λόγιον, ἐξέπεσε χρησμός, ἠνέχθη μάντευμα, ἀνεῖπεν ὁ θεός, ἀνεῖλεν ὁ θεός, ἀνεφθέγξατο ἀμέτρως, ἀνέξα-

De arte vaticinandi. 19.

Ars autẽ ipsa appellatur, Vaticinatoria, Prophetica, & oracularis. Hac vero vtentẽ, Prophetã, Vatẽ, Fatidicū, Sortilegumq; vocabis. θεσπιῳδὸς vero Poeticū est. Prętereà alio modo dices, vox venit Diuinitus, à Deo Vaticiniū venit, aduenit sors, oraculū excidit, Vaticiniū allatū est, De⁹ respõdit, Deus dedit oraculū, ipsa oratione respõdit, vel carmine

mine hexametro,& his ſimilia. Quibus addenda hæc, Dei oraculum conſulere, Diuinam voluntatem ſcrutari, Deum inuocare, Diuinæ vocis ſtudioſum eſſe. Item, Numine abreptus, Apollinis Numine imbutus, Muſis initiatus vel Nymphis. à Pane vero, aut alio Deo detentum, & abreptum vocamus.

De his qui Deos colunt. 20.

Quiſquis autẽ Deos legitime veneratur, pius vocetur, Dei amans, ſanctus, ſacrorum ſtudioſus, feſtorum amans, Sacrificus, Deos curans, Diis adhærens, Diuinis innitens oraculis, Deorum cultor, Diuinus, Diuus, religioſus, Diuina loquens, afflatus Numine, ſacer, conſecratus, à Deo dilectus.

De pio, & impio. 21.

Sed qui maxime D eorum cultu detinetur, Deos venerans timenſque dicitur. βλεπεδαίμων vero, quod Deos curantem ſignificat, Comicum eſt. Huic autem contrarius, Dei negligens, prophanus, impius, irreligioſus, nefandus, Dei oſor, Deorũ contemptor, Diuinas res innouandi ſtudioſus, impurus, execrabilis, immundus, Dei obtrectator, θεοστυγὴς autem Tragicum eſt. Ipſius porro rei vocabula, illius quidem religio, ſanctitas, Deorũ cura, Diuinus cultus, pietas. φιλοθεότης vero durius eſt. huius vero, impietas, iniquitas, Dei contemptus, temeritas in Deũ, & Dei neglectus. Sed ipſa verba ſunt, pietati ſtudere, ſanctimoniam curare, colere, venerari, honorare. contrarium autem eſt vnicum ἀσεβεῖν, id eſt, Dei cultu non tangi, ἀνοσιουργεῖν enim ad alia refertur. Quibus ſi aduerbia addenda ſunt, ad Pios quidem pertinent, ſancte, Diuine, religioſe, pie, & cætera. ad Impios vero, impie, impure, irreligioſe.

De ſummo templo. 22.

Summum autem templum, Palatiumq; vocabis, venerandum, Diuinum, ſacrum, horrendum, terribile, prædiues, antiquitus ditatum, opulentum, diues, copioſum, auro argentoque luxurians, & diuitiis ſplendidum.

ἐν ἑξαμέτρῳ τόνῳ, καὶ τὰ τοιαῦτα. οἷς προσθετέον τὸ θεομαντεύειν, ἢ θεομαντεῖν, τὸ θεοκλυτεῖν, θεολογεῖν. θεόληπτος, φοιβόληπτος, νυμφόληπτος, μουσόληπτος. ἐκ Πανός, ἢ ἄλλου θεοῦ κάτοχος, ἢ κατεχόμενος.

Περὶ τῶν θεοὺς νομιζόντων. κ'.

Ὁ μὲν τοίνυν θεοὺς νομίζων ἀνὴρ, καλοῖτ' ἂν εὐσεβής, φιλόθεος, ὅσιος, φιλοθύτης, φιλεορταστής, ἱερουργικός, θεῶν ἐπιμελής, θεοῖς ἀνακείμενος, θειασμῷ προσκείμενος, λατρεύων θεοῖς, ἔνθεος, κατάθεος, θεοσεβής, θεολογικός, ἐπιθειασμένος, ἱερός, καθιερωμένος, θεοφιλής.

Περὶ εὐσεβοῦς, καὶ ἀσεβοῦς. κα'.

Ὁ δ' ὑπερτιμῶν, δεισιδαίμων, καὶ δεισίθεος. κωμικὸν γὰρ, ὁ βλεπεδαίμων. Ὁ δὲ ἐναντίος, ἄθεος, ἀνίερος, ἀσεβής, δυσσεβής, ἀθέμιτος, μισόθεος, θεομισής, ὀλίγωρος θεῶν, νεωτεριστὴς περὶ τὸ θεῖον, ἐναγής, ἐξάγιστος, βέβηλος, θεοβλαβής. ὁ δὲ θεοστυγής, τραγικόν. Ὀνόματα δὲ τοῦ πράγματος, ἐκείνου μὲν εὐσέβεια, καὶ ὁσιότης, καὶ θεῶν ἐπιμέλεια, καὶ λατρεία θεῶν, καὶ θεοσέβεια. τὸ γὰρ φιλοθεότης, βίαιον. ἐνταῦθα δὲ, ἀσέβεια, καὶ ἀνοσιότης, καὶ ὀλιγωρία περὶ τὸ θεῖον, καὶ θεοβλάβεια, καὶ ἀθεότης. Ῥήματα δὲ, εὐσεβεῖν, ὁσιοῦν, σέβειν, σέβεσθαι, θεοσεβεῖν. Τὸ δὲ ἐναντίον, ἀσεβεῖν μόνον. τὸ γὰρ ἀνοσιουργεῖν, πρὸς ἕτερα. Εἰ δὲ καὶ ἐπιρρήματα προσθετέον, ἐπὶ μὲν τοῦ εὐσεβοῦς, ὁσίως, ἐνθέσμως, ἐνθέως, φιλοθέως, θεοφιλῶς, θεοσεβῶς. ἐπὶ δὲ τοῦ ἀσεβοῦς, δυσσεβῶς, ἀσεβῶς, ἀνοσίως, ἀθέως, θεοβλαβῶς, θεομισῶς, ἀθεμίτως.

Περὶ ἀρχείου. κβ'.

Ὀνομάσαις δ' ἂν ἱερὸν τὸ ἀρχεῖον, σεμνόν, θεῖον, ἔνθεον, φρικῶδες, ἐκπληκτικόν, ἀρχαιόπλουτον, παλαιόπλουτον, ζάπλουτον, μεγαλόπλουτον, βαθύπλουτον, πολύχρυσον, πολυάργυρον, πολυτάλαντον.

Περὶ ἐπωνυμίας θεῶν. κγʹ.

Θεοὶ ὑπερουράνιοι, οὐράνιοι, ἐπουράνιοι, αἰθέριοι, ἀέριοι, ἐπίγειοι. καὶ οἱ αὐτοὶ, ἐπιχθόνιοι, ἐνάλιοι, θαλάττιοι. καὶ οἱ αὐτοὶ, ἐνθαλάττιοι. ὑπόγειοι, χθόνιοι, ὑποχθόνιοι, καταχθόνιοι, ἑστιοῦχοι, πολιοῦχοι, πατρῷοι, ξένιοι, φράτριοι, ἀγοραῖοι, ἐπικάρπιοι, στράτιοι, τροπαιοῦχοι, ἱκέσιοι, ἀποτρόπαιοι, λύσιοι, καθάρσιοι, ἁγνῖται, φύξιοι, σωτῆρες, ἀσφάλειοι, παλαμναῖοι, προστρόπαιοι, γενέθλιοι, γαμήλιοι, φυτάλιοι, προτρύγαιοι. τὰ πολλὰ δὲ τούτων, καὶ ἴδια ἐπὶ τοῦ Διός. ὥσπερ ὁ ὑέτιος, καὶ ὁ καταιβάτης. καὶ παρ' Ἀθηναίοις, φράτριος. τὸ γὰρ νεφεληγερέτης, καὶ ὅσα τοιαῦτα, ἐπὶ τοῦ Διός. ὥσπερ καὶ τὸ ἐννοσίγαιος, καὶ ἐνοσίχθων, καὶ τοιαῦτα ὅμοια, ἐπὶ τοῦ Ποσειδῶνος, ποιηταῖς ἀνείσθω.

Περὶ τῶν προσιόντων θεοῖς. κδʹ.

Τὸ δὲ προσιέναι πρὸς τοὺς θεοὺς, καθηράμενον, καθαρεύσαντα, φαιδρυνάμενον, περιῤῥανάμενον, ἀπορρυψάμενον, ἀπονιψάμενον, ἁγνισάμενον, ἁγνεύσαντα, ἡγνευμένον, ὡσιωμένον, καθαρῷ νῷ, ὑπὸ νεουργῷ στολῇ, ὑπὸ νεοπλυνεῖ ἐσθῆτι, προσιέναι θεοῖς, πρόσοδον ποιεῖσθαι πρὸς τοὺς θεούς, εὔχεσθαι θεοῖς, ἀνατείνειν τὰς χεῖρας, ἐντυγχάνειν θεοῖς, προστρέπεσθαι θεοὺς, κατακαλεῖν θεοὺς, ἀνακαλεῖν θεοὺς, αἰτεῖν παρὰ τῶν θεῶν τὰ ἀγαθὰ, προσφεύγειν θεοῖς, ποτνιᾶσθαι, ἐπαντιβολεῖν καὶ ἀντιβολεῖν, καθικετεύειν, θύειν θεοῖς, ἱερουργεῖν, ἱεροποιεῖν, βουθυτεῖν, ἑκατόμβην προσάγειν, θυηπολεῖν, παιᾶνας ᾆσαι, ὕμνον ᾆσαι, ἱερῶν κατάρξασθαι, λιβανωτὸν καθαγίζειν, θυμιᾶν, ἀρώματα λύειν ἐν πυρί. Τὰ δὲ ἀρώματα, καὶ θυμιάματα καλεῖται. Θουκυδίδης δ' αὐτὰ εἴρηκεν ἁγνὰ θύματα, πρὸς τὰ αἱμάσσοντα καὶ σφαττόμενα ἀντιθεὶς σμύρναν, λιβανωτόν. ἱερεῖα προσάγειν τοῖς βωμοῖς, αἱμάσσειν τοὺς βωμούς, δεκάτην ἀποθύειν, εὔχεσθαι, κατὰ βοὸς ἢ ἄλλου του. σπένδειν, κατασπένδειν, στεφανοῦν, ἀναστέφειν, στεφανώματα προσφέρειν, μυῤῥίνην στεφανωτρίδα σπεῖσαι, κατασπεῖσαι, ἐπισπεῖσαι, μνεῖα ἐπιθεῖναι, οὐλὰς ἐπιβάλλειν, σπλαγχνεύσασθαι, θυηλύσασθαι, ἱερῶν προκατάρξασθαι,

δεκά-

De cognominatione Deorum. 23.

Dii cœleſtes, Cœlites, Cœlicolæ, Aetherii, Aërii, Terreſtres, & iidem terræ Gubernatores, Marini, qui & Pontici, Subterreſtres, terram Incolentes, Subterreſtres, Lares, Tutelares, Paterni, Hoſpitales, Tribules, Forenſes, Fructiferi, Bellicoſi, trophæorum Domini, ſupplicum Tutores, malorũ Depulſores, Auerſores, Defenſores, Mundi, Puri, Fugatores, Saluatores, Securi, Homicidæ, Expiandi, Natalitii, Nuptiales, plantarum Cuſtodes, frugum Seruatores. multa vero horũ Ioui propria ſunt, quemadmodum & Pluuialis, cœlitus deſcendens. Athenienſibus etiam tribuum Cuſtos dicitur. Tum Nubicoga, vel nubiũ Congregator quæque his ſunt ſimilia, Ioui tribuuntur. ſicut & terræ Concuſſorem, & ἐνοσίχθονα à Poetis Neptunum appellari videmus.

De accedentibus ad Deos. 24.

Adire autem Deos dicimus, purgatum, expiatum, lętum, aſperſum, mundatum, lotum, caſtum, purum, mundum, ſanctum, puræ mentis hominem, ſub noua ſtola, in nuper lota veſte adire Deos, congredi cum Deo, Diis ſupplicare, extendere manus, in Deorum venire colloquium, Deos exhortari, Deos inuocare, implorare Deos, bona à Diis poſtulare, ad Deos confugere, venerari, obteſtari, vel ſupplicem eſſe, ſupplicare, Diis immolari, ſacrificare, ſacra facere, boues offerre, hecatomben adducere, ſacra adminiſtrare, Pæanas canere, hymnum decantare, ſacrorum primitias ſoluere, tus adolere, ſuffire, aromata igne reſoluere. Aromata vero ipſa, & ſuffimenta vocãtur. Sed Thucydides & Caſta ſacrificia nominauit, ad ſanguinolenta mactataque, myrrhã & tus imponẽs. ſacra ad aras ſiſtere, cruentare aras, decimam offerre, vouere. de boue, aut alio quopiã libare, delibare, coronare, redimire, afferre corollas, myrrhinam coronam, offerre, immolari, ſacrificare, viſcera imponere, placentas iniicere, inteſtinis ſacrificare, victimam cædere, ſacris præeſſe,

deci-

decimam persoluere, viscerum primitias dare, decimam deponere, anathema facere, templo dedicare.

De donis sacris. 25.

Oblationes autem, & dona sacra plerumque sunt, coronæ, phialæ, pocula, turibula, aureæ argenteæque phialæ, cyathi, amphoræ. Pythia etiam plateas nidore perfundere iubet. Primitias offerre, primitias soluere, liba, popana, placentam, coronas, molas placentulas, imagines, germina, myrthos, flores. Pæanisare, Pæana canere. vlulare vero, & vlulatũ attollere, muliebre est. Ipsa porro res, sacrũ, boũ victima, sacrificiũ, inuocatio Deorũ, imploratio, intercessio, congressus, sacri administratio, immolatio, supplicatio, libamen. ab aris autem fumus ascendens, nidor, vaporque dicitur.

De adductis victimis. 26.

Adductæ præterea victimæ, sacra, integra, indiuisa, perfecta, sana, innocua, omnia & recta membra habentia, non mutila, nec imperfecta, nec nociua, neque cornibus carentia, neque contorta. Solon vero ἔμπηρα etiam ἀφελῆ nominauit. adducendi etiam boues indomiti, tum notandum sacrificiorum carnes θεόθυτα vocari.

Historia. 27.

Cæterum vt te nonnihil recreem, quoniam hoc docendi genus & obscurum & fastidiosum est, non absurdum fuerit, Fabulæ alicuius venustatem delectationis caussa adiungere. Quod scilicet circa Bœotiam μῆλα Herculi sacrificent (non vero vt Poetę per μῆλα oues, sed fructus dico arboreos) hac nimirum de caussa. Stata quædam erat publica Dei solennitas, & sacrificandi instabat tempus, victima autem aries erat, quem qui adducebant, inuiti cunctabantur. Asotũ enim fluuiũ repentinis auctũ inundationibus transire non poterant. Iuuenes vero qui festo sacrisve intererãt, per lusũ sacrificii ritũ cõpleuere. maturũ enim malum arripientes, quatuor, quæ pedũ loco erant, bacilla subdiderunt, duo vero

δεκάτην ἀποθῦσαι, σπλάγχνων ἀπάρξασθαι, δεκάτην ἀνατιθέναι, ἀνάθημα ποιήσασθαι, ἀναθεῖναι εἰς τὸν νεών.

Περὶ ἀναθημάτων. κε'.

Τὰ δὲ ἀναθήματα ὡς ἐπιπολὺ, στέφανοι, φιάλαι, ἐκπώματα, θυμιατήρια, χρυσίδες, ἀργυρίδες, οἰνοχόαι, ἀμφορεῖσκοι. ἡ δὲ Πυθία, καὶ κνισσᾶν ἀγυιὰς αἱρεῖ. ἀπαρχὰς προσενέγκαι, ἀπάργματα προσφέρειν, ἄργματα προσφέρειν, ψαιστά, πόπανα, ὀμπνήν, στεφάνους, πελανούς, πέμματα, στέμματα, θαλλούς, μυρρίνας, ἄνθη. παιανίσαι, παιᾶνα ᾆσαι. τὸ γὰρ ὀλολύξαι, καὶ ὀλολυγῇ χρήσασθαι, ἐπὶ γυναικῶν. Τὰ μέντοι πράγματα, θυσία, βουθυσία, θυηπολία, κατάκλησις θεῶν, ἀνάκλησις, ἔντευξις, πρόσοδος, ἱερουργία, ἱεροποιΐα, ἱκετεία, σπονδή. τὸ δὲ ἀπὸ τῶν βωμῶν ἀπορρέον, πνεῦμα, κνίσσα, καὶ ἀτμός.

Περὶ τῶν προσαγομένων ἱερείων. κϛ'.

Τὰ δὲ προσακτέα θύματα, ἱερεῖα, ἄρτια, ἄτομα, ὁλόκληρα, ὑγιῆ, ἄπηρα, παμμελῆ, ἀρτιμελῆ. μὴ κολοβά, μὴ δὲ ἔμπηρα, μὴ δὲ ἠκρωτηριασμένα, μὴ δὲ διάστροφα. Σόλων δὲ τὰ ἔμπηρα, καὶ ἀφελῆ ὠνόμασε. προσακτέον μέντοι καὶ βοῦς ἀζύγας. ἰστέον δὲ, ὅτι τὰ ἐκ τῶν ἱερείων κρέα, θεόθυτα καλεῖται.

Ἱστορία. κζ'.

Ἵνα δὲ καὶ διαναπαύσω σε πρὸς μικρὸν, ἐπεὶ τὸ διδασκαλικὸν εἶδος αὐχμηρόν ἐστι καὶ προσκορές, οὐδὲν ἄν τι κωλύοι προσθεῖναι καὶ μύθου γλυκύτητα εἰς ψυχαγωγίαν. ὅτι καὶ μῆλα θύουσι περὶ Βοιωτίαν Ἡρακλεῖ. λέγω δὲ οὐ τὰ πρόβατα, τῇ ποιητικῇ φωνῇ, ἀλλὰ τὰ ἀκρόδρυα, ἐκ τοιᾶσδε αἰτίας. Ἐνειστήκει μὲν γὰρ ἡ πανήγυρις τοῦ θεοῦ, καὶ κατήπειγε τοῦ θύειν ὁ καιρός. τὸ δὲ ἱερεῖον ἄρρεν, κριὸς ἦν. καὶ οἱ μὲν ἄγοντες, ἄκοντες ἐβράδυνον. ὁ γὰρ Ἀσωπὸς ποταμὸς οὐκ ἦν διαβατὸς, μέγας ἄφνω ῥυείς. οἱ δὲ ἀμφὶ τὸ ἱερεῖον παῖδες ὁμοῦ παίζοντες, ἀπεπλήρουν τῆς ἱερουργίας τὸν νόμον. λαβόντες γὰρ μῆλον ὡραῖον, κάρφη μὲν ὑπέθεσαν αὐτῷ τέτταρα, δῆθεν τοὺς πόδας. δύο δὲ ἐ-

πέθεισαν ἅμα. τὰ δ᾽ ἦν τὰ κέρατα. καὶ κατὰ τοὺς ποιητὰς, ἀποθύειν ἔφασαν τὸ μῆλον, ὡς πρόβατον. ἡσθῆναί τε λέγεται τῇ θυσίᾳ τὸν Ἡρακλέα, καὶ μέχρι τοῦδε παραμένειν τῆς ἱερουργίας τὸν νόμον. καὶ καλεῖται παρὰ τοῖς Θηβαίοις, ἢ τοῖς Βοιωτοῖς, Μήλων ὁ Ἡρακλῆς, ὄνομα ἐκ τοῦ τρόπου τῆς θυσίας λαβών.

Περὶ τῶν πρὸ τῶν ἱερῶν περικαθαιρομένων, καὶ ἀκαθάρτων. κη'.

Τὰ πρὸ τῶν ἱερῶν, περιρραντήρια, καθαρμοί, καθάρσεις, καθάρσια, καθαρτήρια, καθάρται. καὶ οἱ τούτοις χρησάμενοι, καθαροί. οἱ δ᾽ ἐναντίοι, ἀκάθαρτοι. ὥσπερ καὶ τὰ ἐναντία τῶν ἀκαθάρτων, ὁσίως, ὡσιωμένως, ἁγνῶς, ἡγνευμένως, ἁγίως προσιόντες. ἀνόσιοι, ἀνίεροι, ἀνάγνως, ἀνοσίως, ἀκαθάρτως πάντα δρῶντες, μιαροί, παμμίαροι, ἐναγεῖς, ἄγει προσερχόμενοι, μιάσματι ἐνεχόμενοι. Καὶ τὰ πράγματα, τὸ μὲν, ἅγιον, καθαρόν, ὅσιον, ἁγνόν, εὐαγές, ἄχραντον. τὸ δ᾽ ἐναντίον, ἐναγές, ἐξάγιστον, δυσαγές, μιαρόν, παμμίαρον, μίασμα, μύσος. ἄλλης δὲ χρείας, καθήρασθαι, μίασμα ἐκνίψασθαι, ἄγος ἀποπέμψασθαι, μύσος λύσασθαι, ἀπολύσασθαι, ἀποτρίψασθαι, ἀποδιοπομπήσασθαι.

Περὶ τῶν κατὰ τὰς θυσίας ὀργάνων. κθ'.

Τὰ δὲ πρὸς θυσίαν, πυραί, σφαγίδες, κοπίδες, πελέκεις, ὀβελοί, λίκνα, κανᾶ, χέρνιβες. τὸ γὰρ πεμπώβολα, καὶ οὐλοχύται, καὶ τὰ τοιαῦτα, ποιητικά.

Περὶ καιρῶν ἑορτασίμων, καὶ ἑορταστῶν. λ'.

Καιροὶ δ᾽ ἱεροί, πανηγύρεις, ἑορταί, ἱερομηνίαι, θεοφάνεια, θεοξένια, μεθέορτοι ἡμέραι κατ᾽ Ἀντιφῶντα. καὶ ἄνθρωποι, ἑορτασταί, πανηγυρισταί, φιλέορτοι, καὶ συνεορτασταί, συμπανηγυρισταί. εἴποις δ᾽ ἂν πανηγύρεις, δημοτελεῖς, καὶ πανδήμους, καὶ δημοσίας, καὶ δημοθοινίας, καὶ πανθοινίας, καὶ πανδαισίας. τὸ δὲ ἐν ταῖς εὐωχίαις ἢ κρεωνομίαις πρῶτον τῶν μειόνων λαμβάνειν, προθοινία ὀνομάζεται. Τὰ δὲ ῥήματα, ἑστιᾶσθαι, εὐωχεῖσθαι, πανηγυρίζειν, ἑορτά-

veluti cornua apposuere, & secūdum Poetas malum hoc tanquam ouem obtulisse dicuntur, nec Herculi ingratam fuisse victimam, & propterea huc vsque hunc sacrificii ritum permansisse. A Thebanis porro, Bœotiisque malorum Hercules, nomen hoc ex sacrificii ritu sortitus, appellatur.

De his quæ ante sacra purgantur, & immundis. 28.

Quæ vero ante sacella sunt, aquiminaria, piacula, purgationes, lustrationes, purgatoria, purgatores, & qui his vtuntur, mundi. qui vero contra, immundi. sicuti immundis & hæc cōtraria sunt, sancte, pure, caste accedentes. impuri autem, & polluti, immunde, impuriter & prophane omnia facientes, polluti, perpolluti, execrabiles, impure accedētes, inquinati. Res porro ipsæ, illa quidem, sancta, munda, sacra, casta, pura, intacta. contraria autē, impura, detestabilis, profana, polluta, inquinata, impuritas, abominatio. Alterius etiam significationis sunt, expiare, impuritatem eluere, scelus auertere, abominatione liberare, & soluere, amoliri, ablegare.

De sacrorum instrumentis. 29.

Sed quę ad sacrificiorum administrationem faciunt, hæc sunt, pyræ, cultri, mucrones, bipennes, verua, vanni, canistra, gutturnia, vel lebetes. πεμπώβολα vero, οὐλοχύται, & his similia, Poetica sunt.

De temporibus festorum, & festa celebrantibus. 30.

Tempora porro sacra sunt, panegyri, feriæ, calendæ, Theophania, Theoxenia, & dies μεθέορτοι iuxta Antiphontem. Et homines feriantes, Panegyrastæ, feriarum amantes, feriarum participes, & iisdem Panegyris conuenientes. Panegyros autem vocabis perfectos, communes, publicos, & epulas publicas, solennia conuiuia, & viscerationes. in huiusmodi vero conuiuiisque viscerationibusque primas tenere partes προθοινία dicitur. Verba vero sunt, epulari, conuiuari, panegyros congregare, feriari,

feriari, communes epulas, & viſcerationes habere, ferias participare, libamina, & ſacra communicare, conſociati, confœderatos fieri, & poculorum eſſe participem.

ἑορτάζειν, συνεστιᾶσθαι, συνευωχεῖσθαι, συμπανηγυρίζειν, συνεορτάζειν, συσπένδειν, καὶ ὁμοσπονδεῖν, καὶ ὁμόσπονδοι, καὶ ὁμόσπονδοι γίγνεσθαι, κρατήρων συμμετέχειν.

De myſteriorum initiatoribus, & initiatis. 31.

Sint præterea eiuſdem ſpeciei & hæc, myſteria, cerimoniæ, orgia, Myſtæ, ſacrorum Principes, Initiatores, orgiorum Duces, & ſacris inſtruere, ſacris præeſſe, ſacris initiari, orgia celebrare, conſecrare, res diuinas peragere. vſitatiora vero ſunt, τελεσιουργεῖν, & τελεσιουργία, quæ perfectam ſacrorum adminiſtrationem ſignificant. Cerimoniarum Doctores, Faciferi, Præcones, Caduceatores, Sacerdotes, Sancti, Igniferi, hymnorum Cantores, vel Cãtatrices. Porro κουροτρόφος, ἰακχαγωγὸς, δαειρίτης, quæque his ſimilia ſunt, Atticorum ſunt propria. Porro Initiatus dicitur Conſecratus, Dedicatus ſacris, orgiorum Myſta, quemadmodum hic contrarius eſt, Profanus, Immundus, orgiorum Expers. Dicuntur etiam myſticæ induciæ, & dies myſtici, quemadmodum & ſancti, ſacri, quieti, conſecrati, Diis dedicati, ſacroſancti, & ſolennes dicuntur. ipſa vero myſteria, & orgia, cerimoniæ, myſticæ operationes, perfectæ ſacrorum adminiſtrationes, & feriæ venerandæ nominabantur.

Περὶ μυστηρίων τελεστῶν καὶ τελουμένων. λα΄.

Εἴη δ' ἂν τῆς αὐτῆς ἰδέας καὶ τάδε, μυστήρια, τελεταί, ὄργια, μύσται, μυσταγωγοί, τελεσταί, ὀργιασταί. καὶ μυεῖν, μυσταγωγεῖν, μυεῖσθαι, ὀργιάζειν, τελεῖσθαι, τελεῖν. φιλοτιμότερον δὲ τῇ χρήσει τὸ τελεσιουργεῖν, καὶ ἡ τελεσιουργία. ἱεροφάνται, δᾳδοῦχοι, κήρυκες, σπονδοφόροι, ἱέρειαι, παναγεῖς, πυρφόροι, ὑμνῳδοί, ὑμνήτριαι, ὑμνητρίδες. ἰακχαγωγὸς δὲ, καὶ κουροτρόφος τις, καὶ δαειρίτης, καὶ ὅσα τοιαῦτα, ἴδια τῶν ἀττικῶν. Ὁ δὲ μυηθεὶς, μεμυημένος, τετελεσμένος, ὠργιασμένος. ὥσπερ ὁ ἐναντίος, ἀμύητος, ἀτέλεστος, ἀνόργιαστος. ὀνομάζονται δὲ καὶ μυστηριώτιδες σπονδαὶ, καὶ μυστικαὶ ἡμέραι. ὥσπερ ἱεραί, ἄφετοι, ἄσυλοι, καθιερωμέναι, κατωνομασμέναι θεοῖς, καθωσιωμέναι, καταπεφημισμέναι. τὰ δὲ μυστήρια, καὶ τὰ ὄργια, τελεταὶ, καὶ τελεταὶ μυστικαὶ, καὶ τελεσιουργίαι, ἑορταὶ ἔντιμοι.

De feſtis, à diis quibus conſecrata ſunt, denominatis. 32.

Pag.185. v 1. τριποδηφορία.) Proclus in Chrestom. τριποδηφορικὸν μέλος τρίποδος προηγουμένου παρὰ τοῖς Βοιωτοῖς ᾔδετο &c. vid. Photii Electa fol. 525. v.2. *Ithypallica.*) quę Ithypalli in sacris Bacchi decantabãt. Gualther. addit verba Athenæi, quem satius ipsum legi libr.14. fol.622. Mox scr. ὀσχοφορικά, Photius è Proclo ibidem: ὀσχοφορικὰ μέλη παρὰ Ἀθηναίοις ᾔδετο. ἐκ χοροῦ δὲ δύο νεανίαι, κατὰ γυναῖκας ἐστολισμένοι, κλήματα (al. κλῆμα) ἀμπέλου κομίζοντες μεστὸν (al. μεστὸν) εὐθαλῶν βοτρύων, (ἐκάλουν δὲ αὐτὰ ὄσχην. ἀφ᾽ οὗ καὶ τοῖς μέλεσιν ἡ ἐπωνυμία) τῆς ἑορτῆς καθηγοῦντο. Inde scr. Parœnia. v.3. Βάκχοι.) Proclus apud Photium, Ἰόβακχον cantatum ait in festis & sacrificiis Bacchi βεβοηθισμένον πολλῷ φρυάγματι, multo & insolenti fremitu tinctum: subiiciens statim: ὑπόρχημα δὲ τὸ μετ᾽ ὀρχήσεως ᾀδόμενον μέλος ἐλέγετο, καὶ γὰρ οἱ παλαιοὶ τὴν ὑπὸ, αὐτὶ τῆς μετὰ, πολλάκις ἐλάμβανον. *Autumnalia.*) ἐπιλήνια μέλη vel ᾄσματα, cantilenæ quæ inter premendum vuas cani solebant. v.4. *epilimia.*) potius *epilœmia*, ἐπιλοίμια μέλη, quæ propter pestem, seu ad liberationem à peste canebantur. v.4. παρθένεια.) Iterum è Proclo Photius: τὰ δὲ λεγόμενα παρθένια χοροῖς παρθένων ἐνεγράφετο. εἰς καὶ τὰ δαφνηφορικά, ὡς εἰς γένος, πίπτει. v.6. ἐπινίκια.) Ibid. ὁ δὲ ἐπινίκιος (al. ἐπίνικος) ὑπ᾽ αὐτὸν τὸν καιρὸν τῆς νίκης τοῖς προτεθεῖσιν (al. προτερεῦσιν) ἐν τοῖς ἀγῶσιν ἐγράφετο. Σκόλια.) Ibidem: τὸ δὲ σκολιὸν μέλος ᾔδετο περὶ (al. παρὰ) τοὺς πότους. διὸ καὶ παροίνιον αὐτὸ ἔσθ᾽ ὅτι καλοῦσιν. vide quæ sequuntur, in qu bus & ratio nominis. Porro ibidem: ὁ δὲ Σίλλος πεφεισμένως (parce: al. πεφρασμένος) λοιδορίας καὶ διασυρμοὺς ἀνθρώπων ἔχει. Inde additur discrimen inter ἐπικήδειον καὶ θρῆνον, quod illud iacente iam cadauere pro funere recitetur: hic nullo certo tempore circumscribatur. Etiam, quid & vnde dictus ὑμέναιος· item, quid νόμος, videre illic est. Huc autem referre omnia vt alias liceret, tamen vel temporis ratio non sinit. v.9. *Comicam.*) forte, quo in comissationibus vtebantur. vid. N. Gr. text. v.12. *Seculare.*) scr. molare. Hesychio & ἱμαλίς, & ἱμαῖος est ὁ ἐπιμύλιος ᾠδή. Exemplum eius est apud Plutarch. in conu. septem sapientum: Ἄλει μύλα ἄλει. καὶ γὰρ Πιττακὸς ἄλει μεγάλας Μιτυλάνας

πλαύας βασιλεῦσιν. fol.95. E sacris forte dicas קוֹל רֵחַיִם φωνὴν μύλου Ierem. 25,10. & Apocalypſ. 18,22. niſi cum aliis abſque tropo de molæ ipſius ſtrepitu accipere malis. v.15. Ἀδωνιασμοειδής.) vox ſuſpecta, vt notis pr. monui. Proclo, Ἀδωνίασμα λέγεται τὰ εἰς Ἄδωνιν ἀναφερόμενα. Ezech. 8,14. *ecce ibi mulieres ſedebant plangentes Adonidem.* in Hebr. eſt תמוז quod ſunt & qui de Baccho accipiant, qui item de propheta idoli, quem à rege Babyloniorum interfectum defleant omnia idola conuenientia Babylone, prima die menſis Thamus, cui reſpondet noſter Iunius. *D. Chytr. Onom. Theol.* v.16. Μαριζεῖς.) vide Herodot. 2. fol.73. Athen. 14. fol.620. Suid. v.26. *Iolla erat, Maryandeni frater.*) Iollæ & Maryandeni (an potius Mariandyni, Μαριανδυνοῦ.) frater. v.34. in Comicis) in Comaſtis. v.36. *in Mechanicis.*) in Chirogaſtoribus.

Pag.187. v.7. *caprarum erant labia.*) pro, capr. vngulæ. alias χεῖλη ſcribendum foret. v.30. λυρῳδοί.) λυριστὴν autem non item dicunt, vt κιθαριστὴν, teſte Helladio apud Photium fol. 855. *Lyriſtes* tamen Plin. iun. libro nono, ep. 17. Et Sidon. Apollin. 8. Ep. 11. *Alcæo potior lyriſtes ipſe.* v.41. Sed & Plato eſt cui quemadmodum & Critiæ.) pro: ſed & Plato eſt vbi nominare videtur; ſicut Critiæ quoque placet &c.

Pag.188. v.20. σιφνιάζειν & χιάζειν.) Henr. Stephan. prius exp. *Siphnium illum ſiue Philoxenum ſiue Theoxenidem* (quem Suid. pro Philoxeno nominat) *in curioſa nimium & aliquid ſuperuacua artis habente modulatione imitari.* poſterius: *Chium illum Democritum imitari in curioſa nimium* &c. *modulatione.* v.22. *ſicut &*) ὡς καὶ, qui &. v.23. ſcr. Phrynin.

Pag.189. v.16. ἡ μὲν ἂν καλάμων ἐστὶ συνθήκη.) Syringis fabuloſa inuentio deſcribitur Metamorph. 1. fab. 18. Formæ autem notatio eſt & apud Virg. Ecl. 2,32. Tibull. 2,5,34. Nemeſian. Ecl. 3,14. vbi ipſe Pan.

——nulli fas eſt inflare cicutas,
Quas ego Mænaliis cera coniungo ſub antris.

v.40. [*elephanti*] pro, cerui.

Pag.190. v.26. ſcr. πλαγίαυλον, vt eſt in Gr.

Pag.191. v.13. *citharistria.*) αὐλοὶ κιθαριστήριοι, quibus citharæ accinunt, vid. p. ſeq. v.13. v.27. ſcr. Marſyæ.

Pag.192. v.19. *in itineribus.*) quid προσόδια ſint, dictum paulo ante 184,47. v.36. pro μιλησίαμβοι C. Rittersh. leg. μιμίαμβοι.

Pag.194. v.18. ſcr. *bib. duas mens.* v.25. *duobus arreptis telis.*) Caſaub. *duo caprina cornua arripit, atque ea ſuper illis machinis inflat.* in Athen. 10,3.

Pag.195. v.3. tolle, *Apollini.* v.8. in Gr. ſcr. ὀλυμπιασι. C. Rittersh.

Pag.199. v.17. ζυγὰ πέντε ἐκ τριῶν, καὶ στοῖχοι τρεῖς ἐκ πέντε.) vt hunc locum exactius intelligamus, ea quæ libro primo de aciei instructione dicuntur repetenda ſunt. Ibi ſic inquit Pollux (34, 44.) καὶ τὸ μὲν ἐφεξῆς εἶναι κατὰ μῆκος, ζυγεῖν· τὸ δὲ ἐφεξῆς κατὰ βάθος, στοιχεῖν, ordine quidem ſecundum aciei longitudinem conſiſtere ζυγεῖν: ſecundum aciei vero profunditatem ſtare, στοιχεῖν dicitur. Sunt itaque in Tragico choro iuga quinque, ſingula tres continentia perſonas, quæ neceſſario efficiunt ordines tres, quinque perſonis ſingulos conſtantes, vt in figura hac apparet:

·	ζ	·
·	υ	·
στοῖ		χος
·	γ	·
·	ος	·

Chorus Tragicus perſonas habet XV.

·	ζ	·	·
·	υ	·	·
·	γ	·	·
στοι	χ	ο	ς
·	ο	·	·
·	ς	·	·

Chorus comicus perſonas habet XXIV. Gual.

Pag.201. v.39. *Sed veſtis Satyrica eſt* &c.) Caſaub. ita hunc locum interpr. *Satyrica veſtis eſt hinnuli pellis, vel caprina, quæ veſtis dicta αἰγῆ & ἰζαίη, & τραγῆ. interdum & pardalinã textilem gerunt. item Liberi patris ſcutum, quod θύρσιος Διονυσιακὸς dicitur. Chlanis eſt trib. pallium puniceum, tunica denſa, geſtamen Silenorum, quæ χορταῖος appellatur.* vid. not. Græci textus.

Pag.203. v.16. θυμέλη.) vid. Phrynich. p.26. notasque in illum Nunn. & D.H. v.43. πελίκαις.) vide præter Vitruu. etiam Rhodigin. ant. lect. libro & capite 8.

P.205. v.4. *qui circa ipſum.*) forte: qui eum circumſtant animas lancibus impoſitas ponderantẽ. v.32. *Spartopolius.*) cui ſparſi per tempora cani. à σπείρω, σπαρτὸς, id eſt, διεσπαρμένος.

Pag.206. v.39. ſcr. *diphtheritis.*

Pag 207. v.32. *Mox etiam.*) pro, fortaſſis etiam. v.42. Anus.) πάππος. alibi dicit, *pappus.*

P.210. v.vlt. *quod tamen durius.*) βιαιότερον non pertinet ad præc. ἰσχνὸς, vt interpres putauit, ſed ad ſequens ἀφόρητον. quod inſuper puncto diſtinguendum à πλανώμενα. Hæc enim iam alterius generis.

Pag. 212. v.1. ſcr. *multiangula, triangula* &c. ſcil. *figuræ.*

Pag. 213. v.39. *plurimos Xen. immenſurabiles nominauit.*) ἀεὶ πολλοὶ, pеſſime, [illegible]

Xenophonti ἄμετρον dictum h. e. *immoderatum, vel moderationem nullam adhibens.*

Pag. 214. v. 32. *quæ in aridorum mensuris non absterguntur.*) τὰ ὁ κατεψημένα μέτρα, *quibus non est dirutus radio cumulus.* Sicut contra σφόδρα ἀποψᾶν, *hostorio cumulum diruere, & demere studiose quod mensuræ superest*: vid. Casaubon. in Theophr. charact. pag. 247.

Pag. 218. v. 10. scr. *ceratum.* v. 21. Fortassis etiam. v. 29. *Marmoratis plena esse.*) plenas esse (scil. aures) sordibus. κυψελὶς enim ὁ ἐν τοῖς ὠσὶ ῥύπος, Schol. Aristoph. fol. 457.

Pag. 219. v. 31. καιρία πληγή.) καίρια τραύματα, Lucian. Sic κεφαλαία (quod epitheton in Lexicis non habetur) πληγή, Synes. in Epist. 10. H. v. 40. κρότων.) Lat. *ricinus*, vid. A. Foesii œcon. Hippocr.

Pag. 220. v. 1. *Scabies.*) scr. *tumor.* v. 21. *Est etiam quædam oculos perdens.*) pro, *interdum & oculos corrumpit* scil. ὄφις, vel ὀφίασις, vt alibi dicitur, vid. Gorrh. & œcon. Hippocr. Similis confusio est mox v. 46. Est & in facie &c. quæ verba in Gr. itidem ad præcedentia pertinent hoc sensu: *nonnunquam & in facie est*, vel, *nonnunquam & faciem occupat*, scil. θύμος. vid. Gorrh. etiam de seq.

Pag. 224. v. 7. πρωτόγονοι, primùm parientes, seu primum enixæ. πρωτόγονοι autem primigenii.

AD LIBRVM V.

PAg. 228. v. 14. *abscondita.*) Apud Xenoph. τὰ ἴχνη τὰ εὐναῖα exp. *vestigia cubilium*, sicut τὰ δρομαῖα *cursu impressa.* De εὐρεσία (quod interpr. inuentu facilia.) vid. not. Gr. textus.

Pag. 232. v. 3. *nouem linis.*) apud Xenoph. f. 975. *nouem filis.* v. 13. *circuitus.*) ib. *margo.* v. 46. *contractarum.*) quæ contrahi possunt

Pag. 234. v. 13. τοὺς μορίαις.) vid. supr. 62, 14. not. textus Gr. insuperque Etymol.

Pag. 235. v. 1. *Minos.*) Ouidius pro Minoe *Dianam* nominat: de cæteris consentit Metam. 7, 757. & seqq. v. 29. *è somno eo exclamante, circuiens.*) Gesn. de anim. quod fol. 258. *cum in somnis exclamasset, circumiens.*

Pag. 236. v. 1. *vt Poeta tradit in Ind.*) scr. *à Sopithe apud Indos*, vel *in India.* v. 12. *à Poro autem Rege donatus.*) à Poro autem Regi donatus. v. 40. scr. Babes.

Pag. 241. v. 10. lethalis. v. 22. *caninum.*) κυνῆ, canina pellis. v. 41. *de differentiis ferarum.*) de diuersis feris. nisi in Græco malis περὶ διαφορῶν.

Pag. 245. v. 19. *Populus Atticus virgines δεκατεύειν dixit.*) Gyrald. *decimari* vere virgines dicebat pop. Att. adi syntag. 12. fol. 358. item Rhodigin. antiq. lect. 26, 1. Hesych. quoque ac Suidam. v. 22. ἑλίκη καὶ κυνόσουρα.) Ouid. Fast. 3, 117.

Esse duas arctos, quarum Cynosura petatur
Sidoniis. Helicen Graia carina notat.

vide Metamorph. 2. fab. 7. & 8. item Trist. 4, 3. vbi sidera ista generaliore appellatione *Magna minorque fera* dicuntur, & Aratum princip. φαινομένων, vbi & ἅμαξαι vocantur, sicut Lat. *plaustra.* Propert. 3, 4. Ouid. Metam. 10, 447.

P. 247. v. 3. *de hœdis.*) quasi legeretur ἐρίφων. scr. de infantibus. Herodoto sunt παιδία νεογνὰ lib. 2. princ. Suidæ ἄρτι γεγονότα παιδία, in βεκκεσέληνος. Puto enim respicere Pollucem ad historiam *Psammetichi*, qui gestiens scire, quænam gens vere antiquissima esset, duos infantes recēs genitos in conclaui remotissimo concludebat, siue capellis immissis, à quibus lactarentur; siue nutricib. adiūctis, quarum linguas, ne quem ex eis sonum audirent, præcidisset. Statuebat enim laudem antiquitatis huic esse præ cæteris genti ascribendam, cuius propria vox, quam illi primam emissuri essent &c. Tametsi verbum βληχᾶσθαι illic non conspicitur: nisi quod Schol. Apollonii lib. 4. v. 262. eiusdem rei facta mentione fieri potuisse annectit, vt infantes isti vocem βληχωμένων προβάτων expresserint, pro qua Suidas: θαυμαστὸν οὐδὲν, καὶ ταῦτα (τὰ παιδία) τῆς αἰγὸς μιμήσασθαι τὴν ἐκείνης φωνήν. Porrectis enim manibus βὲκ, aut βέκος dixerunt, quæ vox lingua Phrygia *panem* significat: imme Germanica quoque (vt Hieron. Wolf. ad Suid. notauit) weck panis species est. Haud dubie autem (vt hoc obiter adiiciam.) Psammetichi illud iudicium ab opinione vulgi, quam solidiore aliqua ratione magis pependit: ὡς οὐχ ὁμοίως φύσει τῆς διαλέκτου οὔσης καὶ τῆς φωνῆς, ἀλλ' ἐνδεχόμενον πλάττεσθαι. καὶ εἰ ἄνθρωποι φωνὴν μὲν τὴν αὐτὴν ἀφιᾶσι, διάλεκτον δὲ οὐ τὴν αὐτήν, vt affirmat Aristoteles Histor. an. 4, 9. v. 23. χυλίζειν.) χυλίζειν pagina præced. versu 41. suum vox. an igitur hic reponendum ψαλίζειν, cum vox coturnicum sit ψαὶ ψαί. vid. Nunnesii notas ad Phrynich. pagin. 16. v. 30. ἀηδόνας εὐστομεῖν.) Sophocles Oedip. Colonæo 18.

——— πυκνόπτεροι
Δ' εἴσω κατ' αὐτὸν εὐστομοῦσ' ἀηδόνες.

Schol. εὐφθογγοῦσιν, εὐφώνως ᾄδουσιν.

Pag. 248. v. 2. scr. τῶν σκ. etiam in Lat. v. 39. *labris ferire.*) iterum quasi χείλεσι in Gr. esset vt supr. 187, 7.

Pag. 250. v. 2. *amphidea.*) armillæ aut annuli. Hesych. ἀμφιδέες, ψέλλια, κρίκοι, δακτύλιοι. v. 15. ἀκροβ. v. 16. *corianum.*) κορίανον, annulus

nulus qui in indice digito gestatur. Hesych. generalius: χορίσννον, γυναικεῖον κοσμήσιον. v.32. *florem.*) rosam in genis plantant momento florentem, & celerius deflorescentem. Mox, *& secundum Locrum.*) quis autor *Locrus?* cohærent: ϑάττον ἀπανθοῦν κῦ τὸ λοκρὸν, celer. *deflorescentem secundum vel circum caluitiem.*

Pag.251. v.12. *ne hoc denegetur tibi.*) noli mihi negare.i.denegare.

Pag.252. v.5. *recreatum.*) recreantem.

Pag.256. v.32. ἀχλδυσικός.) scr. vt in Gr. ὁ χλδυασικός.

P.257. v.31. *venenum.*) δηλητήριον, deleterium,nociuum,à δηλέω,h.e. βλάπτω,φθείρω.

Pag.258. v.1. *mandragora.*) quam Pythagoras ἀνθρωπόμορφον dicit, Columella *semihominem* lib.10.v.19.

Pag.260. v.38. περίτριμμα.) conuitiatorie dicitur de aliquo homine qui in re quapiam inhoneste nimis & diutius versatur, & tritus est: quemadmodum Demosthenes [de Cor f.351.] Æschinem περίτριμμα τ ἀγορᾶς vocat; rabulam forensem diu & lucri causa in foro versatum, & inter vulg. fæcem tritum significare voleus. Gu.

Pag.263. v.38.&39. *Sum.*) εἶμι, vado.

Pag.266. v.7. Ὀξυθύμια furcæ quædam fuere, à quibus malefici suspendebantur: sic dictæ ἀπὸ ἢ ὀξέως τὸ θυμῶ χρῆσαι, vel vt alii interpretantur, sordes & ædium purgamina, quæ in triuia exportari solebant. Gu.

AD LIBRVM VI.

PAg.271. v.27. *elapinen,eranon.*) Variæ fuerunt apud veteres conuiuiorum species, vt videre est apud Athenæum lib.8. [fol.362.] Εἰλαπίνης vero & ἐράνου etiam Homerus Odyss.α, 228. meminit, quem Athenæus loco indicato exponit. Et ἔρανοι quidem sunt ei αἱ ἀπὸ τῶν συμβαλλομένων εἰσαγωγαὶ, ἀπὸ ἢ συνερᾷν, κὶ συμφέρειν ἕκαστον. Conuiuia enim sunt multorum, qui sumtus communes conferunt: cum quibus & θίασοι idem sunt. Εἰλαπίναι vera cõuiuia fuere magnifice & splendide structa ἐκ ἢ λαπτάν κὶ πίνειν dicta. Θοίνη vero conuiuium est, quod in sacris fit; ἀπὸ ἢ θεὸν, κὶ οἶνον. In sacrificiis enim plurimo vino vtebantur. De eo Athen. libro secundo. [fol. 40. ὅτι διὰ θεοὺς οἰνοῦσθαι δεῖν ὑπελάμβανον.] Conuiuia quoque fuere publica, quorum nonnulla in sacris deorum, nonnulla in funere, alia liberalitatis causa institui solebant. Θαλείας sacra conuiuia fuisse, loco proxime iam citato docet Athenæus. De θοίνης vero libro octauo [fol.363.] scribit: τὰς δὲ θοίνας ἐκάλουν οὐκ ἀπὸ τῆς ὀχῆς ἥ ἐστι τροφὴ, ἀλλ' ἀπὸ ἢ κῦ ταῦτα εὖ ἔχειν, εἰς ἃς δὴ συνιόντες, εἰ τὸ θεῖον τιμῶντες, κὶ εἰς εὐφροσύνην κὶ ἄνεσιν αὐτοὺς μεθιέντες, τὸ μὲν ποτὸν μέθυ· τὸν δὲ ἢ π. δωρησάμενον θεὸν, Μεθυμναῖον, κὶ Λυαῖον κὶ Εὔιον προσηγόρευον. Deos enim hisce conuiuiis interesse pro certo credebatur. Δημοθοινίαι vero conuiuia publica in populi fauorem demerendum instructa videntur, quæ à Latinis epulæ populares & viscerationes dicuntur. Gualther.

Pag. 272. v.1. τὸ δὲ καλύμ. ἀνάκλιντρον, ἐπίκλιντρον Ἀελς.) vide Nunnes. ad Phrynichum dicentem pag.22. ἐπίκλιντρον ῥητέον, οὐκ ἀνάκλιντρον. v.11. *Vestimenta auro intexta.*) ξυστὶς Suidæ vestis crocei coloris quam aurigæ in pompis gestare soliti. v.20. scr. *caunacarum.* Καυνάκης, χλαῖνα Περσικὴ ἀλεεινή Palamedi, Περσικὸν ἱμάτιον, ἔχον ἐκ ἢ ἑτέρυ μέρυς μαλλὺς. Aliis, εἶδος ἱματίυ, ὃ καὶ Περσίδα καλῶσιν &c. Scholiast. Aristoph. fol.551. v.44. τραπεζοποιός.) vid.supr.138. & quæ ad Plaut. Men. act.3.sc.1. v.26. Fr.Taubmanus collegit.

Pag.273. v.20. *Iouis Saluatoris.*) vel, Seruatoris. Nos quanto hoc rectius cognomine IESVM CHRISTVM Dominum nuncupamus, qui nos suo benignus cruore in veram æternæ vitæ libertatem asseruit? Gyrald.Syntag. 2. fol.104.

Pag.275. v.21. *Oenistria.*) vid.supr.141,6.

P.276. v.28. *in tentoriis pernoctabant.*) tibia canentem seu tibiæ cantum audiebant. id enim αὔλημα. pernocte autem αὐλίζομαι.

Pag.279. v.34. scr. ὀψωνισμός. Nunnesius Pollucem loqui putat de ὀψωνιασμῶ nomine, pag.80. not. ad Phrynichum. Atqui H.Steph. perspicue distinguit: ὀψωνισμὸς quidem ex hoc loco dicens παμπόνηρον esse: ὀψωνιασμῶ autem duo afferens è Polybio exempla, nempe è lib.1. fol.27. (edit. Basil. alias ipsi 16.) & lib.5. fol.158. extr. (ipsi 6.) Quibus addas è Dion. Halicarn. libr.8. fol.541. εἰς τοὺς ὀψωνιασμοὺς τῶν στρατευομένων ἀναλοῦσθαι, *impendi in militum stipendia.* Lib.9. fol.616. ἀργύριον εἰς ὀψωνιασμὸν ἑξαμήνου εἰσπραττόμενος *stipendio sex mensium imperato.* vid. item l.br.8. fol.536. & 9. fol.594. & alibi.

Pag.280. v.8. *Cradouorus.*) apud Eustath. κραδοφάγοι κὶ κραδοπῶλαι οἱ ἄγροικοι, ὡς ἀπὸ φύλλων κὶ δένδρων πορίζόμενοι. in Odyss. fol.46. vid. & Hesych.

Pag.281. v.16. *in Nisis.*) ἐν νήσοις in Insulis. v.23. scr. *Xenophanis.* v.31. & de salf.

Pag.282. v.9. *astiua.*) H.Steph. quæ verno tempore condiuntur. v.16. *eualsile salsamentum pro squamato dixerunt.*) Is. Casaub. Hesych.

& Polluce testibus, τίλτον appellarunt εἶδος παραχίας λεπιδωτὸν, quod interpretor, speciem salsamenti facti è squamosis piscibus. nam τίλαι & ἀποτίλαι est *desquamare*. in Athen. 3, 32. v. 26. Sphyræna.

Pag. 284. v. 9. *abyrtacem.*) ἀβυρτάκη edulium fuit barbaricum ex porro, cardamo, & mali Punici granis confectum. Gualth. [Suid. ὑπότριμμα βαρβαρικὸν κατασκευαζόμενον διὰ πράσων καὶ καρδάμων, καὶ ῥοιᾶς κόκκων καὶ ἑτέρων τοιούτων, δριμὺ δηλονότι.]

Pag 285. v. 6. *puls densa placentis constipata.*) ὑποσπάδες, condimenta coagulata vel sorbitionum peculiare quoddam genus. Casaubon. in Athen. 4, 4. v. 13. *polentam parare.*) quasi πιεῖν legeretur. & v. seq. ποιοῦσα. Potius: *succum bibere vel haurire.* ac v. seq. *hausto succo conualesce.* v. 41. *hœdus ex Melo.*) ita & apud Athen. lib. 1. fol. 4. apud Gell. 7, 16. hœdus ex Ambracia. vid. Rhodigin. antiq. lect. 9, 12. v. vlt. κεστρεῦς.) κεστρεῖς aliquibus etiam πλῶτες dicuntur. Athen. 6. fol. 307.

Pag. 286. v. 3. *Galeus.*) Γαλεός. Dalec. Squalus. Athen. 7. fol. 294. v. 6. *Plota.*) Lat. *Fluta.* Macrob. Saturn. 3, 15. v. 8. *Haleces Tragasæi.*) Rhodigin. loco cit. *sal Tragasæus.* Est autem in Epiro locus Tragasæ, vt inquit Stephanus, ab Tragaso quodam, cuius honori sal ibi vt haberetur contribuit Neptunus, & inde *Halsius* cognominatur *campus.* Tragasæum in Troad. salem intelligit Athenæus [libr. 3. princ. fere,] cui cum vectigal iniunxisset Lysimachus, euanuit: mox demto, succreuit. v. 26. *salsi gari.*) Dalec. *salsamentarii gari.* v. 27. *haleces tenues.*) an potius, *sal tenuis?* v. 38. γήτειον.) Hesych. γήτια κρόμμυα ἃ καὶ γήθυα καλοῦνται. Apud Athen. est γήτιον, quod Etymolog. probat, exp. χλωρὸν, κρόμμυον.

Pag. 287. v. 7. *frutex vero minor.* pro, *sed minus acre.* v. 24. *circumcisum.*) περίκομμα proprie circumcisum sonat: & teste Budæo ea sunt, quæ coci à carnib circumcidentes auferũt. Apud Athenæum autẽ lib. 4. [fol. 149.] inter Arcadici conuiuii fercula recensetur: εἶτα δ' εἰς τὸ κοινὸν ζωμὸς, καὶ περίκομμα. Gu. [Is. Casaubon. in Athen. 9, 7. eduli facti è paruis carnium frustis nomẽ est περίκομμα. Latinorum *minutal* res non adeo diuersa.] v. 30. *halices, conditores.*) ἅλες ἡδυντῆρες, sal condiendi vim habens.

Pag. 288. v. 16. in acutum definentes, turbinati, aut in acumen fastigiati. v. 32. νασμῶν.) *Nastus*, panis solidus melle, vuis passis, & aliis aromatis confectus. alii placentam esse testãtur. Gu. Mẽtio eius apud Ath. lib. 3. f. 111. & 114. item lib. 6. f. 268. vbi Dalechamp. *panem mellitum & aromatib.conditũ* describit. Lib. autem 14. f. 646. dicitur πλακοῦντος εἶδος ἔχον ἔνδον καρυκείας, *placentæ genus condimentis variis intus farctæ.*

Pag. 289. v. 14. *enchytus.*) fusilis, Dalec. Athen. 14. f. 644. Mox, *enthrya, strepta, neilata.*) placentæ, striblitæ, recentes panes. Hier. Wolf. apud Demosth. vid. not. text. Gr. v. 15. *Phtis & Phtida.*) Phtoidem, Dalec. apud Athen. 14. f. 489. vbi: ὁ φθοῖς οὕτω γίνεται, τυρὸν ἐκπιέσας τρίβε καὶ ἐμβαλὼν εἰς κόσκινον χάλκεον διήθει, εἶτ' ἐπίβαλλε μέλι καὶ σιλιγνέως ἡμίναν, καὶ συμμάλαξον εἰς ἕν.

Pag. 290. v. 25. *in Telmisis.*) in Telmessensibus. v. 27. μαγίδας.) Helladius in excerptis Photianis fol. 871. ἡ μαγὶς, αὐτὴ τῆς τραπέζης, αἰγύπτιον δόξει, καὶ παντελῶς ἔκθεσμον. Addit tamen interim hoc sensu ea voce non tantum vsum Sophoclem Atticum, sed etiam Epicharmum Doricum, & Cercidám τὸν μελοποιόν. v. 29. *Centenas.*) Ἑκατηνίας ab Ἑκαταῖος i. pertinens ad Hecaten de qua Gyrald. Synt. fol 345 & Nat. Comes mythol. 3, 15.

Pag. 291. v. 16. *quod aglam vocant, mystila.*) αὔγλα, vel ἄγλα μυστίλη, idem quod μυστίλη, panis excauatus, quo pulmentum, legumina aut tale quid haurimus. H. Steph. *Vas despumatorium.*) Casaub. ζωμήρυσις proprie est trulla ad hauriẽdum iusculum: vt οἰνήρυσις, trulla vinaria. sed coqui varie abutebãtur: vt in tollenda ex olla spuma. Philippus in Epigr. (Anthol. 6, 17.) ζωμήρυσίν τε τὴν λίπους ἀφρηλόγον. in Ath. 4, 20. Mox scr. in Gr. ἐτνήρυσις, vt est 480, 11. v. 35. *Cybelum.*) vide notas Gr. text. 481, 30.

P. 292. v. 17. περὶ τῶν κατὰ χειρός.) Philoxenus apud Athen. 15. fol. 685. κατὰ χειρὸς δ' ἤλυθ' ὕδωρ ἁπαλὸς παῖς ἐν ἀργυρέᾳ πρόχῳ φέρων ἐπέχευε. Aristophanes Gramm. apud eundem lib. 9. fol. 408. docet. παρὰ τοῖς παλαιοῖς τὸ μὲν πρὸ ἀρίστου καὶ δείπνου λέγεσθαι κατὰ χειρός. Τὸ δὲ μετὰ ταῦτα, ἀπονίψασθαι. Sed aliquanto post tamen Athen. σημειωτέον δὲ, inquit, ὅτι καὶ μετὰ τὸ δειπνῆσαι κατὰ χειρὸς ἔλεγον.

Pag 293. v. 12. *expurgabant.*) expurgent. Solẽt enim Attici genitiuo plurali partic. pii vti pro tertia plurali imperatiui. vt καθηρέντων dicatur pro καθηράτωσαν. quomodo Od. π, 346.

— μή τι ταῦτα μετὰ φρεσὶ σῇσι μελόντων. pro μελέτωσαν. Et apud Plat. de LL. 8. fol. 917. συζόντων, κολαζόντων, ἀναγκαζόντων, διαδικαζόντων &c. vid. & hîc cap. seq. princ. Eustath. ellipsin statuit verbi ἔστωσαν, vt sit καθηρέντων pro ἔστωσαν τῶν καθηρέντων, similiterque in aliis. vid. Iliad. fol. 197. v. 35. *calicem maiorem.*) λεπαστὴ vel vt alii λεπαστὴ poculum nominatum ἀπὸ τῶν εἰς τὰς μέθας καὶ τὰς ἀσωτίας πολλὰ ἀναλισκόντων, οὓς λαφύκτας (helluones, lurcones, gurgites, voraces, Dalec.) καλοῦσι. κύλικες δ' ἦσαν μεγάλαι. Athen. 11. f. 485. Eodem libro etiam de cæteris poculorum specieb. & ordine quidem alphabetico explicatur.

Pag. 294.

Pag. 294. v. 4. *Condum.*) Condy. Hesych. κόνδυ, ποτήριον βαρβαρικόν. Apud Athen. Α'σιατικὸν, κοτύλας χωροῦν δέκα libr. 11. fol. 477. v. 33. meroferum) ἀκρατοφόρον, ad meracum ferendum comparatum vel idoneum.

Pag. 295. v. 9. *Comprandentes.*) Dalechampius: fœminæ simul prandentes. Plinius *Synaristusas* Menandri dicit, histor. nat. 23. extremo. v. 13. *cœna frugalior*) potius: *cœna funeralis*, si vera lectio, quæ in Mss. Etymol. περίδειπνον, ἡ ἐπὶ τοῖς ἀποθανοῦσι γινομένη ἑστίασις. vid. Iohan. Kirchm. de fun. Rom. 4, 6. v. 21. *Apaturiorum.*) Α'πατούρια popularia quædam apud Athenienses festa fuerunt, per quatuor dies continuos celebrata: quorum primus δορπία, secundus ἀνάρρυσις, tertius κουρεῶτις, postremus ἐπίβδα vocabatur. [vid. Suid. Hesych. maximeque Hospin. de origine festorum fol. 24.] v. 22. *Conuiuium*) Athen 1. fol. 12. τὰ δεῖπνα, δαῖτας ἔλεγον, ἀπὸ τοῦ διαιτεῖσθαι· οὐ μόνον τῶν κρεῶν διανεμομένων ἀλλὰ καὶ τοῦ οἴνου· cœnas δαῖτας appellarunt, à diuidendo, quod non tantum carnem, sed etiam vinum dispertirentur. Vnde Homerus δαῖτα ἐΐσην vocat Iliad. δ, 48. & alibi.

Pag. 296. v. 1. ὀβελισκολύχνιον.) vide notas Nunnesii ad Phryn. p. 7. v. 15. μεγαλλήσιον.) notis ad hanc vocem præcedentibus interseri potest, quod scribit Helladius in excerptis Photianis: μεταλλεῖον, ὅπερ εὗρε Μέταλλος συγκεχυσμένος. Idem: Πλαγγόνιον, ὅπερ εὗρε γυνὴ Ἠλεία (al. ἡ Λεία) καλουμένη Πλαγγών. fol. 870. Mox v. 15. in Lat. scr. Brenthium. Hellad. ibidem: βρενθύεται τὸ ἀλαζονεύεται. οἱ γὰρ ἀλαζονευόμενοι καὶ βρενθυόμενοι μύρῳ χρῆσθαι εἰώθεισαν. v. 19. *Erim.*) forte *Irinum.* v. 20. Βάκκαρειν.) Helladius βακκάρειον nominat. Sed βάκκαρις etiam Hesychio vnguenti species.

Pag. 297. v. 5. *Amaracus.*) Sampsuchum, Dioscor. 3, 47. v. 8. *Griphus.*) Athenæus describit, & septem eius species recenset lib. 9. fol. 448. v. 17. *vinolentæ cantilenæ.*) iuxta vinum, vel, inter pocula cantari solitæ. v. 30. *à culmine suspendebatur* &c.) Casaubonus. pendebat ex lacunari æramentum supinum ex ære leui factum, ei simile, quod lychnum sustinet. v. 40. *Cottabium ruptile, aut Cottabum*) In Gr. ἡ videtur natum è geminatione vltimæ verbi præcedentis syllabæ. Aristoph. εἰρήνη. Γενήσεταί σοι τῶν κατακτῶν κοττάβων. Athen. libr. 15 fol. 667. τὸ δὲ καλούμενον κατακτὸν κοττάβιον τοιοῦτόν ἐστι &c. Cottabium deorsum pensile κατακτὸν huiusmodi est. lege & Aristoph. Schol. fol. 481.

Pag. 301. v. 20. *Symbola exhibens* &c.) loco symbolæ risum exhibens.

Pag. 306. v. 28. *ramis.*) ῥανίς, qui guttatim aut velut guttas h e. non continuata & apte cohærentia verba fundit.

Pag. 307. v. 27. Ister, nisi (frigore aut glacie) concretus sit.

Pag. 308. v. 13. *saccularius.*) vid. Rhodigin. antiq. lect. 10, 6. Plauto est *sector Zonarius* Trin. 4, 2. Veteres enim in zonis æs ferebant: vnde & Matth. 10, 9. μὴ κτήσησθε χρυσὸν &c. εἰς τὰς ζώνας ὑμῶν. Budæus *crumenisecæ* inquit. dici posse, & *crumenisex*, vt *fœniseca* & *fœnisex* ab antiquis dicitur falcarius operarius: & crimen ipsum *crumenisecium* vel *cruminisicium* &c. in Pandect. pag. 677.

Pag. 310. v. 26. *semibarbatum.*) ita v. l. exp. ἡμιγένειον. At ἡμιγενὲς semicreatum. vel semigenitum notat. v. 41. *semimolestum.*) dimidia ex parte λάσαυρον. obscenior vox.

Pag. 311. v. 20. *pernoctans.*) pernox. Ita Socrates *stare solitus* dicitur *pertinaci statu, perdius atq; pernox à summo lucis ortu ad solem alterum orientem* &c. Gell. 2, 1. vid. Platon. conuiuium fol. 1205. vbi de eodem: ὁ δὲ εἱστήκει μέχρις ἕως ἐγένετο, καὶ ἥλιος ἀνέσχεν.

Pag. 312. v. 34. *intolerand.*) potius, tolerandum. vel tolerabile, quod & 314, 2. repon. pro durum.

Pag. 317. v. 12. *vmbra nutriti*) quales Plauto *vmbratici*. Curcul. 4, 3. & *vmbraticola* Trucul. 2, 7. vid. & Io. à WoWeren annot. in Petr. Arb. pag. 159.

AD LIBRVM VII.

Pag. 327. v. 4. *Propola.*) vide quæ hac de voce explicat Ioseph. Scaliger comm. in Culicem p. 42.

Pag. 329. v. 33. ὄνος.) Hesychio (quem in præcedentibus notis allegauimus) Helladius dissimiliter. Sic enim ex eo Photius in Electis fol. 871. ὁ ἀλέτων (παλαιότερον) τοῦ μύλου. τὸν γὰρ ἄνω τοῦ μύλου λίθον οὕτως ἐπονομάζομεν. ὄνον δὲ τὴν κάτω μύλην. vid. etiam not. Gr. text. ad 483, 29. vbi & è Ms. ἀλέτων affertur. Eustathio vero ἀλετὼν placet oxyt. Odyss. 725. nonnullis ἀλετρεύν.

Pag. 330. v. 14. ἀρτοκόπος.) tametsi ἀρτοκόπος Phrynicho ἀδόκιμος. vide in eum notas D. H. & Nunnesii. v. 28. *panis massam.*) mactram, siue alueum, in quo farina aqua mixta subigitur, νεόκοπον, hoc est, recens incisum nom.

Pag. 331. v. vlt. *Sargana*) Sportæ.

Pag. 332. v. 33. *quod est aspera eligentem.*) ἐκλέγειν τὸ τραχὺ est quod Catullus indicat Argon. v. 315.

Atq; ita decerpens æquabat semper opus dens,
Laneaq; aridulis hærebant morsa labellis,
Quæ prius in tenui fuerant extantia filo.

Vultq; idem C.Ped.Albinouanus Elegia in Mecenatis obitum v.74. *Lenisti morsu lenia fila parum*, vid ibid comm. Ios.Scaligeri.

Pag.333. v.1. *trama staminium.*) H.Steph. trama quæ stamini intexitur. v.41. *Variegatoriam.*) ποικιλτικὼ (ἄνδρα, hominem) phrygionem. Æschin.contr.Tim.fol.183.fin. edit. Wolfianæ LXX. ποικιλτικὼ dicunt, qui Hebr. רקם ex quo Gallicum *recamare* factum ait Ioh. Auenarius i. acu pinxit, vid.Exod.26. v.pen.27, 16. & alibi.

Pag.334. v.37. *nihili precii rem eiicere*) rem aliquam nullius precii videri seu declarari, καταπεπλύνθαι obsordescere, seu vilescere dixit Rhetor.

Pag.337. v.14. *Tunica consistens.*) χιτὼν ὀρθοστάδιος, qui à rectis & stantibus texitur superne deorsum. Itaq; totus est ἄρραφος, vt tunica Domini IESV CHRISTI, Ioh.19,23. At alii χιτῶνες intercisi erãt in loco præcincturæ, id est, habent ῥαφὴν in præcinctura, vt saga hodierna. Hanc præcincturam Hesychius (in ὀρθοστάδιοι, vbi leg. ὑπόζ. οὐκ ἔχοντες) vocat ὑπόζωμα, quia reuera aliæ tunicæ in loco præcincturæ erãt intercisæ, tanquam inferiores partes superioribus assutæ. At στα δὲ χιτὼν totus planus & perpetuus superne deorsum erat. Ideo recte χιτὼν μὴ ζωννύμενος exponitur à Polluce: non quod cingulo stringi posset: sed quia locum præcincturæ non habet. Insecta animalcula ita dicta sunt, quia habent ὑπόζωμα. Sunt enim quasi in medio intercisa. E notis Viri Illustr. ad Phryn. interpretem, vid.& Dalechamp.ad Plin.8,48. vbi recta tunica nominatur.

Pag.340. etiam καλλίφιλον) pro, vsitatum Comicis etiam κάλλη vocare. Suid. κάλλη, τὰ πορφυρᾶ ἱμάτια.

Pag.341. v.40. Pisistratidis.

Pag.345. v.7. *corium tingere, pelles macerare.*) σκυλοδέψαι & βυρσοδέψαι nomina sunt, id est, coriarii, qui coriis concinnandis, pellibusque subigendis & parandis occupantur.

Pag 347. v.18. *Orinthorum.*) scr.*Rhinthon verò.*

Pag.351. v.17. *bascaniæ*) scr. fascinum & v.19. fascino.

Pag.352. v.31. *Thessala varia sella.*) fortè, Thessale variegatâ sellâ vtens.

Pag.355. v.15. *asperum*) porosum. v.35. scr. quo polieb.

Pag.358. v.4. *De aucupibus.*) ita supr. Catalogus capitum. & titulus περὶ ποιητικῶν τεχνῶν repetitur 362,6.

Pag.363. v.34. scr. πύελος.

Pag.364. v.7. *appetere.*) defundere, aut *decapulare, elutriare*, ex vase in vas transfundere. Id enim καταρᾶσαι. v.28. ἀνάχυρον, paleis non subactum.

Pag 366. v.15. *Pileifico.*) πιλοποιὸς, qui pileos conficit, coactiliarius. πλοκεὺς, qui plectit seu nectit. v.37. scr.crates.

Pag.367. v.1. *Testudo.*) θολία, vmbella, vmbraculum, pileus ad formam tholi cameratus. Schol.Theocr.ti σκιάδιον, & πέτασον exp.

Pag.368. v.37. *beneuolæ*) quasi εὔνοος in Græco esset. Εὔνοστος siue Νόστος deus deave, vel dei simulacrum, quod molendinis appositum farinæ mensuram inspicere, ac velut ei præesse credebatur. H.Steph. vid.not.Gr.t.

Pag.369. v.6. *in Sphingibus.*) σφηξὶ, in Vespis. v.43. *herbigerum dixerunt, quod nunc pratum.*) Casaubonus: Pollux docet πάσσαλον veteres appellasse sarculum aut aliud sarritionis instrumentum, quod eius ætate vocabatur χορτοκόπιον. in Athen.3,27.

Pag.370. v.6. scr.etiam in Lat. ἀρλὼ, oxyt.

Pag.371. v.45. E tab.

P.372. v.16. *pollinctores.*) H.St.de hoc loco: Τιμιοπώλης qui mortuorum cadauera redimentibus precio vendit: veluti si quis hostis à se peremti cadauer vẽdat numerato redemtionis precio, quemadmodũ Achilles Hectoris. Generaliter tamen ἡμιωπῶλαι nominari possunt, qui τίμιον πωλοῦσι, i. care vendunt & precio magno. Is. Casaub.in Ath.6,3. versum Phrynichi sic interp. *carius vendit, quam vllus Achilles.* Virgilius,

Exanimumq; auro corpus vendebat Achilles.

Æn.1,488. vide Iliad. ω, non adeo longe à fine.

AD LIBRVM VIII.

PAg.382. v.32. προδικασία.) præiudicium quoddam erat causarum capitalium, & trimestre tempus, quo ii qui aliquẽ de cæde commissa in iudicium agebant, in Prytaneo permanebant: interimque iudices ante certi & constituti iudicii diem verorumq; causas, testes, signaque examinabant. Gu. è Suidâ.

Pag.384. v.22. *consideratio.*) pr.ed. ἐπίσκεψις. Mox v.31. ἐπίσκηψις describitur quod sit actio illa iudiciaria, qua testi falsi testimonii crimen intẽdere insistimus &c. De ἐπισκήψασθαι quod v. 33.& 34. itẽ p.seq.17. itẽ 389,15. vid.Bud.comm. Gr.l.col.167.& seq. v.37. *Palam iudicabant.*) ita redditum ἐναργῶς ἐδίκαζον. Sed legendum ἐν Ὠιδείῳ, in Odeo, quod Plutarcho autore in Pericle fol.115. τῷ εἴδος ἀλαθὲς πολυέδρον καὶ πολύστυλον. Ibidem musici aliiq; id genus in arte sua se exercebant,

excebant, & spectatores oblectabant, maxime ante extructum theatrū, vt annotat Hesychius. Sed & frumenta ibi solita vendi, & tempore caritatis pauperioribus diuidi, ex Demosthenis oratione contra Phormionem didicimus: quare etiam controuersiæ omnes ad rem frumentariam, itemq; ad debita quacunque ex causa alimenta pertinentes, ibidem disceptabantur. Is. Casaub. ad Theophr. charact. p. 131.

Pag. 386. v. 3. Παράστασις.) proprie exhibitio est eius, pro quo fideiussor in iudicio promittendo intercessit. Hîc autem pro drachma sumitur, quæ à iudicium subituris in apparitorum mercedem soluebatur. Astabant enim iudiciis apparitores, qui reos in iudicio sistebant, h. e. euocabant. Gu. è Bud comment. Gr. l. col. 302. v. 19. *Virorū scrutatio.*) ἀνδρολήψιον & ἀνδροληψία Demosth. adu. Aristocr. f. 440. & de cor. præf. nauaLis f. 717. *corporum pigneratio*, quæ & ἐνεχυρασμός. Bud. comm. col. 28. vid. J. 388, 20. vbi mox describitur & εἰσαγγελία, quam hîc interpr. præteriit.

Pag. 387. v. 1. *Falsæ vocationis.*) ψευδοκλητεία est accusatio apparitoris, qui falso renūciauit se quempiam in ius vocasse, ob eamq; renunciationē is, qui vocatus esse dicitur, in fraudem deserti vadimonii incidit. ἔστι δὲ κατηγορία τοῦ τὸν κλητῆρα κεκλητευκέναι ἐψευσμένως. Bud. comment. col. 204. vid. & 14.

Pag. 388. v. 20. ἀνδρολήψιον.) vide paulo ante 386, 19.

Pag. 391. v. 1. *quod in appellationib. spondeb.*) παράβολιον propriè significat pignus, in quod sponsio fit, vt non solum è Phrynicho (p. 8.) colligitur, sed etiam ex veteri libro Astrampsychi, in quo crebro hoc iteratur, παράβολιον θές, depone pignus, in quod sponsio fit. Ouid. — *& vt credar, pignora certa dabo*, καὶ ἵνα πιστευθῶ πιστῶ, παράβολιον θήσω. è notis Viri Illustr. ad Phrynichum. v. 22. & *præscripti dies ob hoc statuebantur.*) Ioh. Kirchmannus: Et vero collocationes idcirco fiebant, vt cerneretur mo. tuus, ecqua ei vis illata. libr. 1. cap. 12. vbi plura de isthoc ritu.

Pag. 392. v. 33. *fidiculis extenderunt.*) ἀποτυμπανίζειν est tympanis ac fidiculis extendere. Tympanum enim lignum erat, quo nocentes cædebantur extensi. Proprie autem σκυτάλην vocitant. Hoc autem supplicio olim hostes sustulerunt, donec gladii vsus receptus est. Gu. [vid. accessiones ad Vlpian. comment. in Demosth. tomo scil. 5. fol. 272. edit. Wolfianæ.] v. 35. δήμιος, δημόκοινος.) Helladius δήμιον vocari ait τὸν τῶν ἐπὶ θανάτῳ κατακριθέντων φονέα, carnificem, qui ad mortem condemnatos occidit: δημόκοινον vero τὸν βασανιστήν, tortorem apud Photium fol. 871. Herodianus Gramm. βασανιστὴς μὲν ὁ ἐπὶ τῆς βασάνου. δημόκοινος δὲ ὁ στρεβλῶν καὶ βασανίζων. δήμιος δὲ ὁ ἐπάγων τὴν ἐπὶ θανάτῳ. in fine fragmenti quod vna cum Phrynichi Eclogi Augustæ Vindel. excusum cum Nunnesii & D. Hœschelii notis, quas & ipsas ad hunc locum vide.

Pag. 393. v. 4. *Pentesyringum.*) πεντεσύριγγον lignum carceris sic nominatum quod foramina habeat quinque, quibus manus, pedes, caputq; inseruntur. Gu. è. schol. Aristoph. fol. 246.

Pag. 395. v. 31. *prouinciarum constitutorem.*) ita Gu. inquit è Budæo ἁρμοστὴν nominari posse, forte quia is è Luciano ἁρμόττειν τὴν πόλιν exp. ciuitatem cōstituere & temperare. in comment. col. 431. In Gloss. redd. *aptator.* Nic. Cragius posse ait & *moderatorem* dici. vide illius de Repub. Laced. lib. 1. cap. 13.

Pag. 397. v. 26. τοῖς περὶ Ἁρμόδιον) vid. Prou. Harmodii cantilena.

Pag. 399. *Contrarotulator.*) Ἀντιγραφεῖς sunt qui pecuniarum in vsum principis coactarum curam gerunt, omniaq; ea, quæ aut quæstores, aut alii Principis ministri exposuerint, transcribunt, vt cùm ratio danda sit, officiariorum ratio cum illorum scriptis conueniat. Cicero in Orat. pro Lege agraria *custodes* vocitat. Sunt tales hodie apud Gallos, quos illi *contrarotulatores*. Duplices autem sunt, administrationis scil. domesticæ ἀντιγραφεῖς, & publicæ vel magistratus. Nos secundum Gallicum, Budæum imitati, *contrarotulatores* reddidimus. Gu. [vid. Bud. annotat. in Pandectas p. 311. vbi & *obseruatores coactorum*, i. eorum qui cogunt pecuniam ad principem vel Rempubl. pertinentem, & *antigrapharios* vocat]

P. 401. v. 20. A Ceryce filio Mercurii & Pandrosi filiæ Cecropis. Ouid. Metam 2, 560. Pandrosos atque Herse. v. 30. σχοινίον μιλτώσαντες.) vide Prouerbium, *funiculum fugiunt miniatum.*

Pag. 405. v. 22. Ἄρειος πάγος.) Quatuor Athenis fuisse δικαστήρια φονικά Helladius quoque tradit. quartum dicens τὸ ἐν Φρεαττοῖ (de quo in notis præc. 406, 18.) vide Photii Biblioth. fol. 874.

Pag. 406. v. 13. *de occisis &c.*) de illis qui cædem fecerunt, etiamsi non appareant. Etiam de inanimatis, per quæ delapsa cædes facta est. vt ἐὰν λίθος, ἢ ξύλον, ἢ σίδηρος, ἢ τι τοιοῦτον ἐμπεσὸν πατάξῃ &c. Demosthen. contra Aristocr. fol. 439.

Pag. 412. v. 29. *de præscriptis diebus.*) de collocationibus. vide paulo ante 391, 22.

AD LIBRVM IX.

PAg. 418. v.13. συγκλῆρος.) eiuſdem coloniæ deducendæ ſocius. Herod.lib.5.f.191.

Pag.425. v.41. *pomœrium.*) ἐντείχιος τόπος locus mœnibus incluſus ſeu concluſus, aut muro cinctus. Quo nomine cum τὸ σύμπαν Polluci nominetur, dubito an recte pomœrium vertatur: licet Hieron. Magius ita hinc citet miſcell.3, 3. Liuio *pomœrium magis circa murum locus*, lib.1. fol.28. Plutarcho πωμήριον, οἷον ὄπισθεν τείχους, ἢ μετὰ τείχους, quaſi poſt vel pone mœnia in Vit.Romuli fol.16.

P. 427. v.4. *Et in ingreſſu quidem* &c.) nempe quia prior. ed. ἐν ἧ οὐσία & quaſi hoc fortaſſis ab ἐλεύθω eſſet. Leopardus ita vertit: *Enelyſia* (id eſt, bidental) *autem ſic appellabatur, in quod cæleſte telum incubuiſſet, quod & fulmen irruere, fulminare & deſcendere dicebant. Et Iouem fulminis præſidem catabatem, id eſt, deſcenſorem. Et quia vndique clauſum eſt Bidental, intactum poſsis vocare.* v.33. *Ariſtei.*) Ariſteæ, vel Ariſtiæ.

Pag. 428. v.6. μεσκονία vel μεσκόνια vbi aſininæ carnes vendebantur. forte quia nomen ab ὄνος factum (præſertim ſi cum Ms. ὀνείων ὠνόντ. legas) aut, quia ὄνεια inſunt nomini, vel nomine comprehenduntur &c. Heſych. μεμνόνια, τὰ ὄνεια κρέα. Et μέμνων, ὁ ὄνος.

Pag. 432. v.9. *dua drachma dimidiata.*) duæ drachmæ ſemis, vid. Caſaub. in Theophr. charact. pag.188. v.27. *Etenim quis nunc* &c.) Matth. Hoſtus vertit: Atqui quis non commode felix ſit, tetrobolum accipiens? Si nunc diobolum fert vir, vt enutriat vxorem. Libr.3. rei numm. vet. p.468.

Pag. 435. v.17. *obolis buporis.*) Herod. βουπόρους ὀβελοὺς σιδηρέους dicit lib.2. fol.90. ſed in alia cauſa. id eſt, verua è ferro ad boues torrendos, ſiue transfigendos. vid. Lexic Ion. Æmilii Porti.

Pag. 436. v.3. *Dionyſius autor eſt.*) Dionyſius Syracuſios coegit ſtannum pro argento habere. Atqui Democritus apud Athenæum 15. fol.669. μνημονεύσω, inquit, τοῦ χαλκοῦ ποιητοῦ καὶ ῥήτορος Διονυσίου. χαλκοῦς δὲ προσηγορεύθη διὰ τὸ συμβουλεῦσαι Ἀθηναίοις χαλκῷ νομίσματι χρήσασθαι.

Pag. 444. v.40. ἐποστρακισμός.) Minuc. Felix: *pueros videmus certatim geſtientes, teſtarum in mare iaculationibus ludere. Is luſus eſt, teſtam teretem iactatione fluctuum leuigatam legere de litore: eam teſtam plano ſitu digitis comprehenſam, inclinem ipſum atq; humilem, quantum poteſt inrotare: vt illud iaculum vel dorſum maris raderet, vel enataret, dum leni impetu labitur: vel ſummis fluctibus tonſis emicaret, dum aſsiduo ſaltu ſubleuatur. Is ſe in pueris victorem ferebat, cuius teſta & procurreret longius, & frequentius exſiliret.*

AD LIBRVM X.

PAg. 461. v.21. τὸν οἰκοδεσπότην.) Phrynichus quoque: οἰκίας δεσπότης λεκτέον, οὐχ ὡς Ἄλεξις οἰκοδεσπότης. Eſt tamen id nomen frequens in N. Teſtam. vid. Matth. 10, 25. Mar.14, 14. Luc. 12, 39. & alibi. Lucas inſuper 22,11. ἐρεῖτε τῷ οἰκοδεσπότῃ τῆς οἰκίας. Apud Plutarch. & id, & vna etiam fœm. legitur, quaſ. Rom. 30. ὅπου σὺ κύριος καὶ οἰκοδεσπότης, καὶ ἐγὼ κυρία καὶ οἰκοδέσποινα. Idem οἰκοδεσποτῶν ἀστέρας nominat de plac. Phil.5. cap.18. D. Paulus vero iuniores viduas iubet γαμεῖν, τεκνογονεῖν, οἰκοδεσποτεῖν &c. 1. Tim. 5, 14. v.36. *Occluſores.*) αὐτόκλειδις cum accentu in antepen. etiam Ms. D. Hœſchelius præfat. in Dictionarium Latino Græc. αὐτόκλειδα, inquit, contra Lexicorum autoritatem *clauem adulterinam* ſeu *aduerſam* interpretor ex Cl. Alexandr. στρωμ.7. pag. 325. οὐδὲ τὴν κλεῖν ἔχοντες αὐτοὶ τῆς εἰσόδου, ψευδῆ δέ τινα, καὶ (ὥς φησιν ἡ συνήθεια) ἀντίκλειδα.

Pag.462. v.31. *nonnulli.*) ἐκεῖνοι illi, ſcil. Comici. Item apud Plut.

Pag. 465. v.2. *Cione.*) l. in Scirone. v.21. *lecticæ.*) cap. pr. lectos vertit.

Pag.466. v.7. *Sophoclem.*) ſcr. Sappho.

Pag. 467. v.19. ad ritum purgandi ſe à noctis ſomniorumve inquinamentis præter ea, quæ notis ad Gr. t. inſerta ſunt, referas forſan & quæ pag.4, 5. in iiſdem inter alia è Cl. Alexandr. de filia Pharaonis allata. Non enim eadem vbique obſeruatio. Nam οἱ μὲν ἄλλοι σχεδὸν ἅπαντες (ſcil. præter Iudæos: ſunt verba Philonis, lib. de ſacrificantibus, princ.) ἀμιγεῖ ὕδατι περιρραίνονται. θαλάττῃ μὲν οἱ πολλοί. τινὲς δὲ ποταμοῖς, οἱ δὲ κάλπεσιν ἐκ πηγῶν ἀρυόμενοι.

Pag.471. v.21. *lecythus, olearia.*) ampulla olearia.

Pag. 475. v.12. *peluis quiſpiam.*) pro, quæpiam. Sed aſcribam capitis huius verſionem ex epiſtola 56. Iani Parrhaſii, quæ ſic habet: *quem delectat in potu* ἀπολύζειν, id eſt, *ſingultare*, καὶ ἐξεμεῖν, *id eſt, euomere (quod pleriq; omnes* κοτταβίζειν *dicunt) huic apta peluis eſt ad excipiendum, quod exuberante potu defluit. Etenim* λεκάνιον, *id eſt, trullam, vas appellant, in quod reiicitur, vt vocat in Horis Cratinus: ſingultu ne concutitur? actutum aliquis afferat huc trullam. Polyzelus in Mimo Tyndarei, in trulleo primum lauabis, vomes, implebis. Itaque vas hoc,* λεκάνιον, *id eſt, trulleum, proprie dicitur. Licet &* λεκάνην καὶ λεκάνιον, *(id eſt,*

(*id est, peluim peluiculamq;*) *vocitare*, σκάφον *quoque* (*id est, scapham*) *dixit Aristophanes in Anagyro.*

Pag.476. v.14. scr. ἀπωνδάκωλον è Gr.t.

Pag.477. v.38. *Acetabulum.*) ὀξύβαφον hoc loco ex numero τῶν εἰς τὴν ἐδωδίμων χρείαν, vt & in sequente Phrynichi loco. vbi κᾆν ex καὶ ἂν contractum, non ex καὶ ἐν, quomodo interpr. accepit.

Pag.479. v.1. *obsoniorum.*) quasi legeretur ὄψων. vid.not.text.Gr.

Pag.480. v.46. *Prunæ.*) Prunæ accensi vel ardentes adhuc carbones sunt. θυμάλωπες autem titiones ex igne sublati & ambusti. vid. Schol.Aristoph.fol.f.275. Videtur autem originem sequendo potius duplici M scribendum fuisse, cum tamen in omnibus exemplaribus simplici scriptum sit. H.Steph.

Pag.481. v.17. Σόλων.) etiam Cl.Alexandr. 2.Pæd. 1. licet Phrynichus: θυείαν λέγε, μὴ ἴγδιν. pag. 26.

Pag.481. v.13. pro κακνάβους leg. κακκάβους. Nunnes. ad Phryn. p.82. Quod ad præc. Antiphanis locum, in eo Eustathius: ἐμοὶ δὲ τέμνομαι ὁ Διαπέρει &c. Iliad. fol. 820. quod confer cum notis prioribus.

Pag.484. v.36. τὸν ὀνκέρατον φανόν. Phrynych. pag. 12. φανὸς ἐπὶ τῆς λαμπάδος· ἀλλὰ μὴ ἐπὶ τοῦ κερατίνου λέγε. ἔστι δὲ λυχνοῦχον. ad quem locum vid. notas Nunnesii pag.7. Ex eo autem quod laternarum materia olim plurimum cornea, Plautinum illud natum Amphitr.1,1,185.

Quo ambulas tu, qui Vulcanum in cornu conclusum geris?

vbi consule quæ Fr.Taubmanus annotauit.

Pag.486. v.11. *Tunica toralis.*) χιτὼν εὐνητής, tunica dormitoria, vulgo *camisia nocturna.* Horatio 1.Sat.5. *nocturna vestis.* Laz. Bays. de vasc.pag 244.

Pag.490. v.45. pharetra, pharetræ (Hesych. tamen φαρετρεὼν, τοξότης.) Et scuti inuolucrum σάγμα, & galeæ theca.) λοφεῖον &c.

Pag.491. v.3. *Saunia.*) Gelenius σαυνίον generalius vertit iaculum, ex Hesychio, vt puto, qui exponit ἀκόντιον βαρβαρικόν. Verrius & Festus hastæ genus fuisse aiunt, dum Samnitum genti nomen impositum tradunt propter genus hastarum, quæ σαυνία appellant Græci. Ego non male *Verutum* reddi posse arbitror. Nam vt Dionysius noster (Halicarn. antiq. 4. f.222.) σαυνία quintæ classi tribuit, ita Liuius quartæ *hastam & verutum.* vid. & cætera, quæ de hac voce scripsit Sylburg. indice Gr. in Dion. Halicarn.

Pag. 492. v. 21. *purgant.*) κεραννύουσι commiscent, contemperant. v. 22. *metalli fossorum cribrum.*) metallicorum incerniculum. v.36. Διασείστοι ἀστράγαλοι.) habuit Pollux ob oculos locum Æschinis in ea cōtra Timarchum, fol.179. πρῶτον μὲν συνέτριβον τὰ σκεύαρια, καὶ διερρίπτουν εἰς τὴν ὁδὸν, ἀστραγάλους τέ τινας διασείστους, καὶ φιμοὺς, καὶ κυβευτικὰ ἕτερα ὄργανα. dicti autem διάσειστοι tali quidam, non vt Lambinus alicubi vertit *sonori*, sed quasi dicas *agitati & concussi.* Ex eo enim nomen habuerunt, quod mota prius agitataque manu iacerentur in alueum lusorium: quod ad vitandam fraudem fieri solebat. Docet hoc Suidas ad Διασείστους. Romani *fritillo* vtebantur ad eam agitationem. Iuuen.14,6. —— *paruoq; eadem mouet arma fritillo.* vbi vide vet. Scholiast. & Io. Britannici comm. lege autem & Casaubon. in Char. Theophr.p.165. vnde isthæc transcripsi.

Pag.493. v.24. ἡ θήκη τῶν αὐλῶν.) potius, τῶν γλωττῶν, vt supr. 95,41. & 362,12. item Hellad. apud Phot. in Biblioth. fol.868. τὸ ἀγγεῖον ὃ τὰς αὐλητικὰς ὑποδέχεται γλώττας. vide & Phrynich. pag.15. inque illum notas D. Hœsch. & Nunnesii cui v. 35. in Timoclis exemplo reponendum videtur γλωττόκομον. nec scribendum aliter ante v. 33. item quod accentum spectat 37. Hæc enim forma recentior.

Pag. 494. v.25. *currus temonem, prominens scil. lign.*) lignum, quod temonem currus sustinet.

Pag. 497. v.28. *Tu autem mihi* &c.) Nic. Frischlinus:

Age vnicam tantum pacis stillam mihi
In hoc specillum instilla quæso.

Καλαμίσκος enim ibi specillum vel simile instrumentum medicorum, quo instillant pharmaca in vlcera. H.Steph.

Pag. 498. v.10. *Calamus quoq; cuius* &c.) Pollux non κάλαμον ab Homero nominari ait, sed ὄροφον, quem describit στεγαστῆρα καὶ κάλαμόν τινα, nisi malis στεγαστῆρα κάλ. genus calami aquatilis, quo domus tegi solebant. Schol. br. Hom. ὄροφος· εἶδος καλάμου πρὸς ὀροφὴν ἐπιτηδείου. Iliad. ω, 451.

Pag. 499. vers. 5. & 8. *pocillum.*) vid. not. Gr.t. v. 21. *funem nauticum.*) Od. φ, 388.

Κεῖτο δ' ὑπ' αἰθούσῃ ὅπλον νεὸς ἀμφιελίσσης
Βύβλινον·


quod interpretantur: *Iacebat sub porticu instrumentum nauis hinc inde remis instructæ Byblinum.* Schol. br. Βύβλινον, καννάβιον· οἱ δὲ τὸ ἐκ παπύρου.

Pag.500. v. 22. *ædilitium.*) Ædilium præcipua circa forum venale cura, & circa venalia: & idcirco de his edicta proponebant, quæ vendebantur &c. vid. Petr. Greg. Tholosani synt. Iuris vniu.47,31.

Pag. 502. v. 5. *Cestra.*) Hesych. κέστρα, ἀμυντήριον ὅπλον, σφῦρα. v. 11. *in Somno.*) quasi ἐν ὕπνῳ Gr. legeretur. cum ἰπνὸς vel ἶπνος furnus, caminus & alia. at somnus minimè.

Pag. 504. v. 36. *pilas.*) κηροδόντας, mactras. Καὶ ταῦτα μὲν ταύτῃ. Iamdudum enim tempus mihi (heu nimium fugax!) identidem illud, *manum de tabula*, insusurrat. Quod restat igitur, in Indice scriptorum pag. 506. col. 2. scr. Araros 280, 36. ἐν K. pag. 508. col. 1. v. 7. expunge ἐν σκηναῖς, & numeros adiectos sequenti versui insere. Pag. 513. col. 1. leg. Pantaleon. col. 2. v. 20. pro Polem. leg. Philemonis. Indicis Græci errata pleraque sequens in notas index corriget. In notis autem ipsis sub pag. 17. hæc: v. 24. ἡσίοδος μὲν &c. ad pag. seq. 18. pertinent, quemadmodum contra sub pag. 229. illa: v. 14. δύναια &c. præcedenti 228. debentur. Sub pag. 36. leg. Henric. Stephan. vero ἄμφιπποι &c. Si quid porro erroris commissum, Lectoris illud humanitati emendandum relinquo.

GRÆCA-



GRÆCARVM DICTIONVM, QVÆ IN notis declarantur, INDEX.

[*Numeri respiciunt eos, qui sunt è textu: & quibus* b *appositum notas ad interpretationem significant. Quæ autem inclusa quadrato, ad indicem ipsius textus emendandum aut supplendum pertinent.*]

RERVM

RERVM ET VERBORVM LATINORVM, quæ in notis afferuntur, INDEX.

F I N I S.